CONSENSIO,
Et Dissensio
IVRIS CIVILIS, ET CANONICI

AVCTORE

D.D. FRANCISCO
GVIDOTTI I.C. BONONIENSI;

Et in Patrio Licæo Publico Professore:

TRACTATVS OMNIBVS IVRIS STVDIOSIS valdè vtilis, & in gratiam tyronum editus à Vincentio Plachi Patauini Licæi Alumno:



PATAVII, M.DC.LXXI.

Typis Ioannis Baptistæ Pasquati.

Superiorum Permissu.

PRÆCLARISS. ATQ; EXCELLENTISS. D.

D. PETRO MARIA GVIDOTTI VENETO

Iuris Vtriusq; Doctori.

F. P.

Doctissimum hoc Legale Opus meis missurus typis, cui sacrarem anxius queritaui, vt nobiliùs, ac excellẽtiùs ista mũdi luce frueretur; præhabita igitur cõtemplatione te inter optimos, ac sellectissimos elegi, vt furti trophæum quisque dicatum veneraretur: Furti inquam; cùm penitus renuente imò insciente Auctore eius clam abripuerit familiaris, & Amicissimus egregios tanti Ingenij labores: nequaquam erraui dùm tibi hoc furtum sacratum volui, quoniam eget patrocinio delictum, & splendores splendoribus, decus decori, dignitas dignitati concinnè admodùm copulantur: sanè omninò actum puto tibi Iurisperito, Iurisprudentiæ eximias tanti Auctoris obtulisse elucubrationes, tibi enim, qui in Patauino Athenæo Candidatus Iurium ornamento tot reliquisti memorias & aquè tantæ Virtutis debetur monumentum;

nonnè tibi de tui Ingenij præstantia ipsa gratulata est Admiratio? cùm igitur talis in te emicet Prudentia, Doctrina, & Humanitas, oblationem humillimam ac obsequijs plenam ne dedigneris excipere, verùm Animi generositate faueas, vt natalium excelsitudo inter scientiæ splendores magis magisq; præ humanissimis moribus elucescat.

Præclarissimæ atq; Excellentissimæ
Dom. tuæ

Patauij 30. Iunij 1671.

Humill. ac Deuinctiss. Fam.

Ioannes Baptista
Pasquati.

Noi

Noi Reformatori dello Studio di Padoa.

Hauendo veduto per fede del Padre Vicario Generale del Sant'officio di Padoua, nel Libro intitolato Consensio, e Dissensio Iuris Ciuilis, & Canonici, di Francesco Guidotto, non esserui cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica; E parimente per attestato del Segretario nostro, niente contro Prencipi, e buoni costumi, concedemo licenza al Pasquati *di poterlo stampare; osseruando gl'ordini, &c.*

Dat. à 20. Decembre 1670.

(Andrea Contarini Cau. Proc. Refor.
(Nicolo Sagredo Cau. Proc. Refor.
(Battista Nani Cau. Proc. Refor.

Angelo Nicolosi
Segr.

Vin-

Vincentius Plachi Patauini Licæi alumnus Amico Lectori S.

Necessitas, dignitasque præsentis Libelli, cuius editor sum, non author, *lector amantissime*, exigere a me, videbatur mihi, vt illius edendi caussas, & occasionem hic tibi explicarem. Libelli necessitas inde conspicua, est, (nec prolixa probatione id eget,) quod rarò à nostris legum doctoribus ad iura capescenda tyronibus labentis æui iter præstatur: Quandoquidem harum propositionum author non tantum eas enchyridicè scripsit; verùm vtrique iuri consonantes, vel proprijs terminis inter se discrepantes miro modo ostendit. Eædem illæ dignitatem Libelli vel nondum legenti insinuant; Quæ non ex paruitate externa, sed interna nobilitate æstimari debet. Quid opus est magno aceruo, & apparatu verborum, si compressa, & succincta deformatione, quam quisque quacumque circumferre secum possit, neque pauciora, nec indoctiora, tradita habeamus?

Author Libelli, vir est hic quem nomem, Patria,

tria, atque dignitatis eminentia præsefert: Et quem ipsę propositiones arguunt in omni plenè legali litteratura esse eruditissimum, & absolutum.

Libellus mihi primùm legendus à studioso viro D. D. Carolo Affaitati fuit concreditus: Cumque satis causæ habere me crederem, ne, quod acceperam contemnendum putarem, cùm doctioribus quibusque meum consilium hic Pataui) communicaui. Et quia res visa est omnibus non parui momenti propter operis vtilitatem tyronibus præsertim afferendam, nemine eorum hæsitante, typis mandari vno ore commendarunt.

Accipe igitur, *humanissime Lector*, huiusce viri, qualiscumque est, laborem; & conatum promouendi pro virili parte Iuris tyrones ad legum vtriusque fori facilem perceptionem; operisque optimi integritati, quantum licuit, consultum esse pro tuo erga Canonicas, atque Ciuiles Sanctiones studio, gratulare.

Responsio authoris ad Præfationem.

D.D. VINCENTII Plachi Patauini Licæi alumni.

QVæ nuper calamus priuatim dicta notauit;
Hæc fieri vultis publica? Quî merui?

Si quodcumq; valent studiosis ferre juuamen:
Vt videant lucem, non veto, nec jubeo:

Si nequeant illis aliquem producere fructum:
In tenebris lateant, impero, mando, volo:

Ast id censuræ prorsùs concredo Sagaci:
Atq; meæ Themidis quæ bona vestra puto;

Cōsulite in medium: mēs hæc mihi prima laborū:
Quem dictata scopum, scriptaq; nostra petunt.

OPE.

OPERA
eiusdem.

Claues Iurisprud.
Scrinium Iurisprud.
Vniones Iuris.
Via Duplex Inst. Iur. Ciu.
Breuiar. Iur. Feudal.
Consl. & dissens. Iur. Vtr.

Fax Iuris Canonici.
Gnomon Tractatum Iuris.
Phosphorus Historiarũ.
Symbola Impp. Germanorum.

Conchæ gemmarum Legalium, hoc est, argumentorum methodo alphabetica exhibitæ.



PROEMIVM
Auctoris.

HÆc si quibus leuiora fortassis videbuntur, aut potiùs quia leuiora quibusdam videbuntur, ij sciant, me non eruditis ista scripsisse; sed in iuuentutis modò gratiam pauca hæc, quæ notatu digniora habebantur, recolligere voluisse. *I. Lips. 2. var. lect.* 22. Cum enim intra domesticos parietes Institutiones Pontificij atq; Cæsarei Iuris traderem, & Dissensiones vtriusq; locis suis indicarem, nonnulli Auditorum illas separatim efflagitare, ac deinceps etiam Consensiones exposcere cæperunt. Quorum ego precibus victus adpromisi, meamq; fidem liberaui; & nunc quoq; libero magis plenâ manu, atq; methodo alphabeticâ. En igitur primo loco Consensiones plures, per libros, titulos, materias, & axiomata, sed sine syrmate ampliationum atq; limitationum: Secundo loco Dissensiones, prætermissis ferè omnibus illis, quæ ratione æquitatis, & jurisiurandi, exoriri solent. Auctores, qua generatim profero, qua speciatim subinfero; textum vbiq;; sed vbi opus est, & Studiosorum profectus capit, suadeo Corpora Iuris emenda-

tiora

tiora inspici, ex eaq; Themidos Hippocrene potiùs haurire, quàm riuulos consectari.

Multùm, crede mihi, refert, à fonte bibatur
Qui fluit, an pigro, qui stupet, vnda, lacu;

Mart. 9. epigr. 80. Hoc opus, hic labor, sed non solum vtilis, verùm etiam quàm maximè necessarius, si vtriusq; iuris periculum facturi sint studiosi: ad quod faciendum eos hortor, & moneo, ne mutilati quodammodo, & imperfecti Iuris-olim-consulti sint. *M. Mant. ad lect. in æquilib. Iur. Pontif.* Si laborem fugiunt, cur viuunt? Si viuunt cur non laborant? Nemo ad juris scientiam, quæ apud omnes gentes summo semper in pretio fuit, sine summis laboribus, summisq; vigilijs peruenit. *Iul. Clar. in præfat.* Illos ego vt in parte leuarem, corticem præsentis scriptionis libens subministro, quo consuescant natare paulatim, priusquam juridicum mare ingrediantur. Magnum est, omneмq; per ætatem nauigandum, sed vix vmquam, vel paucis enauigandum: eaq; ratione oportet, nostra studia ita disponere, vt summo labore quantò breuior esse possit, hæc ipsa legalis professio efficiatur. *Couar. in præf. com. de testam.* Pro quo, si conducere enchiridion hoc senserint, nihil mihi attribuant, aut sibi arrogent Studiosi, sed imò cunctorum largitori Deo, maximas enixè gratias agant. *iuxta can. reuertimini. 65. cau. 16. quæst. 1.* Et siue plus, siue minus, siue idem, alij præstiterint: venerari singulos, & mirari etiam omnes, meminerint, qui aliquid in studijs faciũt. Est enim res difficilis, ardua, fastidiosa, *Plin. Secun. 6. epist.* 17. ex varijs libris veras excerpere conclusiones, omniumq; oculis judicandas exponere,

nere, nulla alia mercede recepta, nisi vt aliqua pars temporis (de quo ratio reddenda) proficiendæ Reipublicæ insumeretur. *Diaz. ad lect. sua in pract.* Hæc intelligant, meditentur, & faciant qui

Dum vires anniq; sinunt tolerare labores,
------ optatam cursu contingere metam

Student: quia,

Viuitur ingenio, cætera mortis erunt.

Siglæ, & Notæ
LIBRORVM
IVRIS.

CIVILIS.

C. Codex.
D. Digesta, seu Pādectę.
I. Institutiones.
Auth. Authentica.
Glos. Glossa.
Not. Notata.
l. lex.
lib. liber.
tit. titulus.
§. Paragraphus.
v. Verbum, siue versus.
N. Nouella.
tr. tractatus.

CANONICI.


Cau. Caussa.
Cle. Clementina.
Dist. Distinctio.
Ext. Extra, seu Decretales.
Ext. Com. Extrauagantes communes.
Ext. Ioa. Extrauagantes Ioann's.
Sex. Sextus Decretaliū.
Trid. Tridentinum Concilium.
Sess. Sessio.
q. seu quæst. Quæstio.
can. Canon.
c. seu cap. Caput seu Capitulum.
par. pars.

Cætera;
videantur in libello,
qui inscribitur:
Modus legendi Abbreuiaturas
in vtroq; Iure.

Con-

Conſenſio

IVRIS VTRIVSQVE.



Ouid. 2. Rem.

Forſitan hæc aliquis (nã ſunt quoq;) parua vocabit;
Sed, quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.

CONSENSIO Librorum Iuris.

Ciuilis	&	Canonici
PANDECTÆ		DECRETVM
	Reſponſa	
Prudentum		Patrum
CODEX		DECRETALES
	Reſcripta	
Imperatorum		Pontificum
AVTHENTICÆ		SEXTVS
ſeu		CLEMENTINÆ
Nouellæ conſtitutiones		Extrauagantes
	Ius Nouiſſimum	
Iuſtiniani Imper.		Bonifac. VIII. Clem. V. Ioan. XXII. & Alior.
	continent.	

CONSENTIENTES Materiarum ſedes

IVRIS VTRIVSQ;

Numerus (*primus librum* / *ſecundus titulum*) *indicat*.

A

ACcuſatio, & Inſcriptio D. 48. de accuſat. & inſcript. 2. C. 9. eod. 2. I. 4. de publ. judic. 18. Ext. 5. de accuſat. inquiſit. & denunt. 1. Sex. eod. Cau. 3. q. 4. & 5. Cau. 5. q. 3. Cau. 6. q. 1. & 2. Cau. 11. q. 1.

Actio. vid. Obligatio.

Adoptio, & emancipatio. D. 1. de adoptionib. & emancipat. 7. C. 1. eod. 7. & 8. de emancipat. liber. 49. I. 1. de adopt. 11. & 12. Ext. 4. de cognat. legal. 12. Cau. 30. q. 3. can. 1. & can. per adoptionem.

Adulterium. D. 48. ad leg. Iul. de adult. & ſtupr. 5. C. 9. 10. & 11. de raptu virg. 13. N. 117.

Atten-

B

C

const.

D

Cau. 22. q. 2. can. ne quis.

Dilatio vid. feriæ.

Diuortium. D. 24. de duror. & repud. 2. C. 5. diuor. fac. apud quem fil. nut. 24. C. 5. repud. & judi. de morib. fubl. 17. N. de nuptijs §. hos quoq; N. 117. Vt lic. mat. & aui. Ext. 4. de diuor. 19. cau. 28. q. 2. Trid. ſeſſ. 24. De ſacr. matr. can. 8.

Dolus. D. 4. de dol. mal. 3. C. 2. eod. 21. D. 44. dol. mal. & met. except. 4. C. 4. de reſcinc. vend. 44. & D. 17. 9. 4. de perpet. & temp. act. §. non autem Ext. 2. de dol. & cont. 14. Sex. eod. 6. Clem. eod. 4. & Ext. Com. d. t. Cau. 3. q. 9.

Donatio D. 24. de donat. int. vir. & vxo. 1. C. 5. eod. 16. Ext. 4. eod. 20. D. 39. de donat. 5. I. eod. tit. C. 8. de dona. quæ ſub mod. 56. N. 92. De immenſ. donat. Ext. 3. de donat. 24. Diſt. 86. Cau. 16. q. 3. c. placuit & q. 6. c. illud 12. q. 2. can. eccleſiaſticus.

Dos D. 23. de jur. dot. 3. C. 5. eod. 12. de dot. prom. 11. & de rei vxor. acti. 13. N. 119. Vt ſponſal. largit. D. 37. de collat. dot. 7. Ext. 4. de donat. int. vir. & vxo. 20. Dos raptæ. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. decernit.

E

Eccleſiæ res. Ext. 3. de reb. eccleſ. alie. vel non. 13. Sex. 3. 9. Clem. 3. 4. & Ext. Com. 3. Trid. ſeſſ. 25. c. 11. magnam. ſeſſ. 25. De refor. c. 11. ſi quem clericorum.

Edendo. D. 2. de edend. 13. C. eod. 1. Ext. 2. de

libe.

Gradus.

G

H

Cor.

I

de for. comp. c. 20. cupientes C. 1. de suis qui ad eccles. 11. C. 1. de Sacros. Eccles. 2. l. placet l. sacrosanctæ, & passim.

Incendium D. 47. De incend. ruin. naufr. rat. nau. expugn. 9. I. 4. de act. 6. §. rei persequendæ Ext. 5. De raptorib. & incendiar. & violator. 17. Cau. 12. q. 2. Cau. 23. q. 8. can. si quis membrorum.

In integrum restitutio D. 4. de in integr. restit. 1. C. 2. de restit. milit. 51. C. 2. de restit. minor. 22. & de postula. 50. Nouell. 108. eod. C. 9. de sent. pass. 51. & N. 48. Ext. 1. d. t. 41. Sex eod. 21. Clem. eod. 11. Cau. 2. q. 3. can. vlt. 2. q. 2. per tot. & 3. q. 1.

Iniuria D. 47. de iniur. & famo. libell. 10. C. 9. de iniur. 3. I. 4. d. t. 4. Ext. 5. de iniur. & damn. dat. 36. Sex. eod. 8. Cau. 15. q. 1. can. illud. 2

In ius vocando D. 2. de in ius vocan. 4. C. 4. eod. 2. D. 2. In ius voc. vt ean. 6. & 7. ne quis eum qui in ius vocab. Ext. 2. de for. comp. 2. in Sex. & Clem. eod. Cau. 5. quæst. 2. per tot.

Inofficiosum testamentum D. 5. de inoffic. testam. 2. I. 2. 18. C. 3. 28. N. 115. Vt cum de appell. cognosc. Ext. 3. de test. & vltim. volunt. 26. & in Sex. eod. cau. 19. can. quia ingredientibus 17. quæst. 4. can. quicunq;.

Inscriptio vid. Accusatio Cau. 4. q. 4. can. nullus.

Instrumentum D. 22. de fid. instr. & amiss. eor. 4. C. 4. eod. 21. Nouell. 73. Instr. caut. Ext. 2. de fid. instr. 20. cau. 16. q. 4. can. placuit.

Interdictum D. 43. de interdict. seu extraor. action. 1. C. 8. tit. 1. Inst. 4. t. 15. Ext. 2. de causs. possel.

L

Lis

N

Nihil

P

Præ-

Q

R

T

V

FINIS.
L. D. S.

CONSENTIENTES

Sententiæ, gnomæ, regulæ methodo alphabeticâ propoſitæ.

Lucret. 1.

Floriferis, vt apes, in ſaltibus, omnia libant:
Omnia, nos itidem, depaſcimur aurea dicta.

AD STVDIOSOS Iuris.

FRANCISCVS GVIDOTTVS.

CVm operosè nihil agant, qui litterarum inutilium studijs detinentur. *Senec. de breuit. vit. c.* 13. Iurè voluit Iustinianus Imp., tam aures, quàm animos tyronum, nihil inutile percipere, sed qđ in ipsis rerum obtinet argumentis: *in proæm. I. §.* 3. nec plurima sed vtilia condiscere, quæquæ vsui erunt, cum ad virilem peruenerint ætatem. *Agesil. apud Plut.* & è puluere scholastico in arenam fori descenderint: In qua, vt sint ambidextri, Pontificio etiam iure opus habent. Nec enim quisquam (ceu Baldus dictitabat) cognoscere practicam potest, nisi Canones cum legibus maritauerit: eò quod Canonicum Ius sit medulla legum, & praxis Iuris Ciuilis. Quicumq; verè Iurisperitus videri vult, is se tam diuina, quàm humana nosse jura ostendat. *Brisson. 4. antiq. iur. 16.* Amborum enim coniunctio perfectum reddit Iurisconsultum. *Steph. in pr. Inst.*

Can.

Can. Quâ de causê, & juuandæ memoriæ, quæ ſibi ſemper conſtare non poteſt, vt ſubſidium aliquod pararem, quod habuetur ad manum, et laborem adimeret inquirendi: *Turzan. in præf. com. opin.* communes aliquot ſententias in Vtroq; Iure receptas exemi, et in cenſum veſtrum dedicaui. Quæ etſi lineæ confuſæ, abiectiſq; coloribus appareant dilutæ, ampliùs tamen in receſſu condunt, quàm in limine oſtentent: non ſecus ac egregia Timanthis opera, in quibus plus ſemper aliquid intelligebatur, quàm pingeretur. Si qui verò veſtrum.

--- Magno de flumine mallent,

Quàm ex hoc fonticulo tantumdem ſumere!:

Poterunt ſacrum caput (ſic antiqui ſcaturigines appellabant) adire, ſitimq; extinguere ſuam: ac item proluere labra claſſicis Auctorum ſcriptis, ac potiſſimè infra nominatorum, Nam ſæpè.

Quò plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.

Caueant tamen, ne quæ nutrimenta eſſe debent, inquinamenta fiant. Quippe iuuenes vt tenellæ plantæ ſtillâ rigandæ, vt incrementum capiant, non autem imbre perſundendæ cum periculo. Hauſtus Herculani vires frangunt, et opprimunt, pitiſſare expedit.

Credite me vobis folium recitare Sybillæ.

Experientia firmabit. Voueo publico veſtroq; bono, vt in viros ſacri, et profani juris peritiâ claros euadatis. Suſcipite, et perſeuerate.

NO-

NOMENCLATIO

Auctorum.

Alciatus.
Alexander.
Andræas.
Angelus.
Azo.
Bachouius.
Baldus.
Barbatia.
Bartolus.
Bauerius.
Bellonus.
Besoldus.
Bolognetus.
Brunus.
Cagnolus.
Campegius.
Carerius.
Corneus.
Couarruuias.
Crauetta.
Crotus.
Curtius.
Damasus.
Decius.
Diaz.
Duenas.
Dinus.
Felinus.
Farinaceus.
Ferrarius.
Ferretus.
Francus.
Gabriel.
Gigas.
Gomez.
Hiltropus.
Iason.
Imola.
Lancellottus.
Lipski.
Mantua.
Maranta.
Marsilius.
Mascardus.
Matthæus.
Medices.
Menochius.
Mynsingerus.

Nauarrus.
Nouellus.
Opizonus.
Orianus.
Palæottus.
Panormitanus.
Parisius.
Portius.
Purpuratus.
Ripa.
Romanus.
Rubeus.
Ruuinus.
Salicetus.
Selua.
Socinus.
Speculator.
Tholosanus.
Tiraquellus.
Vigelius.
Villalobos.
Viuius.
Zabarella.
Zoannetus.

ORDO DICTIONUM.

A

Abrusio.
Absens.
Absentia.
Absolutio.
Absolutus.
Accessorium.
Acceptio personarum.
Accidentia.
Acta.
Actio.
Actor.
Actus.
Accusatio.
Accusator.
Administratio.
Adquisitio.
Aduersarius.
Aequalitas.
Aequitas.
Aequipollens.
Aetas.
Affectus.
Afflictio.
Agens.
Agere.
Alienatio.
Alternatiua.
Amicus.
Antecedens.
Apostasia.
Apocha.
Apostoli.
Apparens.
Appellatio.
Appellare.
Approbatum.
Arbiter.
Arbitrium.
Arma.
Attestatio.

Iura.

Iura.
Iuramentum.
Iurare.
Iuſſus.
Iuſtum.

L.

Laudum.
Labor.
Lacrymæ.
Læſa majeſtas.
Legatum.
Legatarius.
Lex.
Libellus.
Liberi.
Licitum.
Lingua.
Lis.
Locatio.
Locupletari.
Locutio.
Lux.
Luere.

M.

Magiſtratus.
Mala.
Malitia.
Malus.
Maius.
Mandatum.
Manifeſtum.
Manus.
Maritus.
Mater.
Matrimonium.
Matrona.
Medium.
Mendax.
Mens.
Mercari.
Mercenarius.
Metus.
Miſericordia.
Miſſio.
Minima.
Modicum.
Monachus.
Monaſterium.
Mora.
Mori.
Mulier.
Multum.
Munera.

N.

Natura.
Naturalia.
Neceſſitas.
Negatio.

T.

Tacere.
Tacitum.
Tempus.
Temporalia.
Territorium.
Teſtamentum.
Teſtis.
Teſtificari.
Timor.
Titulus.
Totum.
Turpitudo.

V.

Valere.
Variatio.
Vectigalia.
Velle.
Verba.
Veriſimile.
Verum.
Via.
Vicinus.
Victoria.
Vincens.
Vis.
Vinculum.
Vitium.
Vniuerſitas.
Vnum.
Vnus.
Voluntas.
Vſucapio.
Vſus.
Vſusfructus.
Vtile.
Vtilitas.
Vxor.

CONSENTIENTES Sententiæ, & Regulæ.

A

ABrasio vitiat instrumentum, seu literas, si sit in loco suspecto, & substantiali. c. ex literis, & ibi glol cum DD. de fid. instrum. l. si vnus. C. de testam. Bart. ibi. & ad l. fi. C. de edict. D. Adrian. tollen.

Absens puniri, aut damnari non potest. c. accusator. & c. fi. 2. q. 8. c. vlt. ne sed. vac. aliq. in-nou. l. nemo potest. de duob. rei. V. Lancil. de offic. prætor.

Absenti per contumaciam condemnato, ius appellandi non est. can. sunt etiam. 2. q. 6. can. de illicita. §. de contentione 24. q. 3. l. 1. quor. appell. non recipiant. l. properandum. §. cum autem. C. de judic. Nouell. 82. §. præbebunt.

Absentem nulla lex damnat. can. omnia. & can. absente. 3. q. 9. l. vlt. de negot. gest. l. seruum quoq; de duob. reis.

Absentia reipublicæ causa, absenti non obest. c. cùm non. de elect. in 6. Trid. sess. 23. cap. 1. v. Reip. officium. l. 1. ex quib. cau. maj. l. absentia. de reg. jur. Villalobos.

Absolutio esse non potest sine condemnatione. Glos. v. postulauit. in c. venerabilem. de elect. c. cum dilectus. de ordin. cognit. & vtrobiq; DD. l. 1. §. si quis. de V. O. V. Medic.

Absolutio nulla est, non seruatâ absoluendi formâ. c. cum desideret. de sent. excom. vbi Abb. & Felin. in c. ex tenore. eod. Bar. in l. 1. si quis. de V. O.

Ad absoluendum proniora sunt iura, quàm ad condemnandum. c. Osius. de elect. c. veniens. de sponsal. c. ex duobus de fortib. l. obseruare. de offic. præsid. l. officiũ. de rei vindic. V. Damas.

Absolutus de certo crimine à legitimo iudice, de eodem accusari ampliùs non potest. c. de his. cum glos. de accusat. can. habet. 11. q. 5. l. 7. §. 2. de accusat. l. 1. §. nec. De quæst. l. licet §. fin. nau. caup. stab. V. Diaz.

Accessorium sequitur naturam sui principalis. c. accessorium de R. I. in 6. l. cum principali. & l. nihil dolo. §. cum principalis. D. eod. c. si diligenti. de for. compet. & c. super gratia. de offi. deleg. l. 1. cum seqq. de penu. legat. V. Socin. & Marsil.

Acceptio personarum non est habenda in judicijs. c. in iudicijs. de R. I. in 6. can. nullus. 4. q. 4. can. summoperè. 11. q. 3. c. vlt. 3. q. 9. l. fin. C. de fruct. & lit. expen. l. petendæ. vt iud. sine quoquo suffr. fia.

Accidentia non veniunt in generali dispositione. Quia prouideri non possunt. glos. c. 1. ad aures. de æta. & qual. c. vn. commod. c. fin. de homic. l. in rebus commod. l. illicitas. de offi. præsid. V. Medic.

Accidentibus frequenter, iura adaptantur. c. literas. de despon. impu. can. duæ sunt. 19. q. 2. can. deniq; 14. q. 5. can. de Syracusanæ. 28. dist. l. iura. de legib. l. antiqui. Si par heredit. peta. V. Damas.

Acta in vna ex pluribus instantijs facta, non valent nec fidem faciunt inter easdem personas, cùm in fidem diuersam facta sunt. c. veniens. 2. de testib. l. cum quæritur. de except. rei iudic. V. Socin. & Gabriel.

Acta iudicij ordinatoria coram arbitro facta, coram judice fidem non faciunt. Canonistæ ad c. præsentata. de testib. & legistæ ad l. 1. C. d. t. V. Socin.

Acta coram arbitris facta, vt valeant, scribenda sunt. l. penul. C. de arbitr. c. quoniam. de probat. & vtrobiq; DD.

Acta iudicialia, siue ciuilia, siue criminalia litigantibus edenda sunt. c. G. perpetuus. de fid. instr. c. contingit. & c. quoniam de probat. l. 1. §. edenda de edend. & l. 2. C. eod. Purpur. & Duen.

Actio litigiosa, cedi ac emi, prohibetur. c. vlt. §. cum igitur de alien. iudic. mut. cau. l. vni. C. eod. tit.

Actio semel extincta, non reuiuiscit. c. ex transmissa. de renunciat. c. insinuatione. de Simon.

l. si

l. si vnus. §. sed si pactum. de pact. l. quæ res. §. arena. de Solut. l. 3. §. volenti : quod metu. V. Iaf.

Actiones contrariæ, quæ electione tolluntur, nec in eodem, nec in diuersis libellis, admittuntur. c. solicitudinem. de appell c. 1. de postul. prælator. in 6. can. gesta. 74. Dist. l. 1. C. de furt. l. quod heredem. § eligere. de tributor. l. cum filijs, §. varijs de leg. 2. V. Socin.

Actor sequitur forum rei. can. neminem. 3. q. 6. can experientia 11. q. 1. c. duo simul. de offic. ord. c. cum sit generale. de for. comp. c. si clericus. eod. l. iuris ordinem. C. de iurisdict. omn. iudic. l. in criminali. eod, l. 3. de alie. jud. mut. cau. fac. Vid. Socin.

Actore non probante reus absoluitur. c. cùm ecclesia. de caus. poss. & propr. c. mulier. de iureiur. c. 1. vt eccles. benef. sine dimin. conf. l. qui accusare C. de eden. l. 2. C. de probat. l. vlt. C. de rei vind. V. Bologn.

Actori non licet, quod reo licitum non existit. c. non licet. de R. I. in 6. l. non debet. D. eod. can. 2, cau. 4. quæst. 4. c. prudentiam. de mut. petit. l. in sacris. §. quemadmodum. C. de prox. sacr. scri. lib. 12. l. post litem. de procur. Vid. Dyn.

Actori incumbit onus probandi non reo. can. quod autem. & seq. 6. q. 5. l. qui accusare C. de edend. V. Bologn.

Actor indefinitè constitutus ad omnia constitutus dicitur. l. 3. §. pupillus de tutel. l. quod dicitur. eod. l. curatorem. de rutor. & cur. dat. ab his.

Spe-

Specul. 4. De act. 9. per c. si Romanorum. 19. Dist. c. 1. in fi. 6. Dist. c. quod circa. de priui. leg.

Actus geminatus validat priorem actum inualidum. l. legata inutiliter. de adim. legat. glo. in l. centum. v. paganus de vulgar. c. si quando. v. geminata scriptura. de rescript. Felin. in c. quoniam de legat. V. Medic.

Actus nullus propter inhabilitatem agentis, superueniente habilitate, confirmatur. l. si minor. de ser. expor. c. si eo tempore. de rescript. in 6. V. Dec.

Actus interpraetari debet, magis vt valeat, quàm vt pereat. c. sanè de V. S. l. quoties in stipulationibus. de reb. dub. l. 3. de testam. milit. V. Brun. de reb. dub.

Actus contra formam gestus, est nullus. c. cùm dilecta. De rescript. c. venerabilis. de offic. deleg. l. cum hi. §. si prætor. De transact. V. Diaz.

Actus contra legem habetur pro infecto. can. imperiali. 25. quæst. 3. l. non dubium. C. de legib. V. Vigel.

Actus facti plenior est, quàm actus verbi. c. gradatio. de pæn. in 6. l. nostram. C. de testam. V. Bellon.

Actus agentium non operatur vltra fines eorum. l. in agris. de adquir. rer. dom. cap. fin. de probat.

Actus si non valet vt agitur, valet, vt valere potest. c. vn. §. pen. de desponf. impuber. in 6. l. 1. §. si quis ita. vbi DD. & ad l. seq. de V. O.

Actus legitimi conditionem non recipiunt, neq; diem.

diem. c. actus de R. I. in 6. l. act⁹ as legitimi. D. eod. c. in electionib. de elect. in 6. can. solet quæri. 32. q. 2. l. mutuò. §. sub conditione. de tutel. l. eum qui. §. fin. de adquir. hered. Vid. Deci.

Actum nihil dicitur, dum aliquid superest agendum. l. pen. C. de his quib. vt indign. can. nihil. 7. quæst. 1. V. Medic.

In actu non iterabili diuersitas loci vel temporis inducit contrarietatem. c. cum tu. de testib. l. 1. C. qui accus. non poss.

In Actu requiritur voluntas, & potestas copulatiuè. c. cum super ablatis. de offic. iudic. de leg. l. multum interest. cum gloss. C. si quis alter. vel sibi. V. Socin.

Accusatio nulla est, vbi nullum fuit repertum crimen. c. super his. de accusat. l. ignorat. C. qui accus. non poss. l. libellorum. de accusat. V. Medic.

Accusationis formâ non seruatâ, actus redditur nullus l. si apud quem. C. de edend. l. libellorum. de accusat. l. 1. de priuat. delict. can. sciant. 2. q. 3. V. Medic.

Accusator tenetur se inscribere ad pœnam talionis. can. 1. cau. 2. quæst. 3. can. 1. cum seqq. 5. q. 6. l. fin. C. de accusat. & per tot. tit. D. & C. ad S.C. Turpill. de claumn. V. Vigel.

Accusator ab instituta actione semel desistens, amplius accusare non potest. c. licet. de accusation. l. 2. C. ad Turpill. l. accusationem. cum l. prox. C. qui accus. non poss. V. Spec.

Accusator per alium accusare non potest. can. si quan-

quando. 2. q. 6. can. absente. 3. q. 9. can. in criminalibus. 5. q. 3. l. accusare. De public. iudic.

Accusatori incumbit onus probandi. can. si quis episcopus. 2. quæst. 7. can. vlt. 3. q. 6. l. qui accusare. de edendo. V. Specul.

Administrationes ecclesiarum, & piorum locorum, tàm ementes, quàm vendentes, simoniaci sunt. c. consulere. de Simon. Nouell. 6. c. 1. §. sed neq; pecunijs. & c. 6. in pr. V. Vigel.

Adquisitum faciliùs retinemus, quam de nouo adquiramus. c. consuluit & c. rursus. Qui cler. vel viu. l. licet. de adquir. poss. l. patre furioso. de his qui sui vel. ali. iur.

Quibus adquirimus modis, ijsdem in contrarium actis ammittimus. c. 1. de R. I. l. nihil tam naturale. & l. ferè D. eod. tit. V. Dyn. & Dec.

Aduersario semel absoluto, potest res eadam alij ex causâ peti, non obstante re judicatâ. c. fin. d. caus. poss. & propr. l. cum quæritur. l. & eadem. §. actiones. l. si mater. §. eandem. de except. rei iudic. l. cum quid. si cert. petat.

Aequalitas in iudicijs seruanda est can. nullus 4. q 3. c. nouit. de judic. l. fin. C. de fruct. & lit. ex pe. l. petendæ C. de rem re. in integr. l. nô debet de R. I.

Aequalitas delictorum, exigit æqualitatem pænarum cap. fin. de pæn. in 6. l. si quempiam C. de episc. & cler. l. quicunq; §. si. C. de hæretic.

Aequitas generalem dispositionem restringit. c. fin. de transact. can. disciplina. 25. Dist. Felin. in c. cum illorum. de sent. excom. l. placuit. C. de judic.

dic. Bal. in l. 2. C. de rescind. vendit.

Aequipollentium quid fiat, non refert. c. tua. de decim. c. licet. de test. l. si mater. C. de inst. & subst. l. si duo. de admin. tutor. l. certum. Si cert. peta.

Aetas fragilis excusat in pœnalib. l. infans. ad leg. Cor. de Siccar. l. 1. de fals. mon. l. ferè. de R. I. c. 1. de delict. puer. Clem. de homicid. V. Du en. & Medic.

Affectus non extenditur vltra intentionem agentis. c. vn. de rerum permut. in 6. l. fin. C. quæ res Pign. V. Mant.

Affectus malus punitur, licet non sequatur effectus. can. si quis non. de pœnit. 1. Dist. c. fin. de Sponsal. l. 1. §. Diuus. de siccar. l. his qui cum telo. C. eod. l. si quis non. C. de epis. & cler. V. Marsil.

Afflicto non est addenda afflictio. can. cum percussio. 7. q. 1. c. at si clerici. de judic. c. ex parte de cler. ægro. l. nauis. §. fi. ad leg. Rhod. de iact. l. ex facto. §. Iulianus. de vulg. & pupill. l. tam dementes. C. de epis. audient. V. Marsil. & Viui.

Agens quantò perfectius est, tantò perfectior est effectus. c. vel non est. de temp. ordin. l. iurisiurandi. C. de testib. V. Bellon.

Agentes, & consentientes pari pœna puniuntur. can. notum. 2. q. 1. can. facientes. 86. dist. c. 1. de off. & pot. iudic. de leg. l. iubemus. §. œconomus. C. de Sacros. eccles.

Ad agendum qui admittitur, multò magis admittendus est ad excipiendum. c. qui ad agendum. de

de R. I. in 6. l. inuitus nemo. ℣. cui damus. D. eod. tit. c. illud. de præscr. l. 1. ℣. quod ait. de superfic. V. Dec. & Dyn.

In agendo cuius obseruamus arbitrium, eum contra nos habere judicem, eodem in negotio non dedignemur. can. accusatores. ℣. cuius in agendo. 3. q. 8. l. cum Papinianus, & Auth. consequenter. C. de sent. & interl. omn. iudic.

Alienatio judicij mutandi causâ factâ rescinditur. c. 1. de alie. iud. mut. cau. l. vn. C. eod. tit. V. Vigil.

Alimenta liberis debita ex æquitate naturali. can. si quis. 30. Dist. c. cum. de eo qui dux. in matr. l. 1. §. naturale. de iust. & jur. l. si à liberis. de liber. agnos. V. Gabriel.

In alternatiuis electio est debentis, & sufficit alterum adimpleri. c. in alternatiuis. de R. I. in 6. l. in eo quod. D. eod. can. bonæ. 12. q. 2. c. inter cæteras. de rescript. l. plerumq; de jur. dot. l. non vtiq; ℣. qui Stichum. de eo quod cert. loc.

Amicus meis inimicis, non est amicus meus. l. libertis. ℣. 3. C. de inoffic. testam. can. 3. cau. 3. q. 5. glos. in can. si inimicus. 45. dist. Vid. Bellon.

Antecedenti prohibito, videtur omne id prohibitum, per quod ad illud peruenire licet. c. constitutus. De conc. præben. gloss. in Clem. 1. de consang. & affin. l. oratio de Sponsalib. Vid. Gabriel.

Apostaliæ accusatio non tollitur, nisi post quinquennium à morte apostatæ l. 1. cum seqq. C. de apostat. can. non potest. 2. quæst. 7. can. in-

fames.

fames. 6. q. 1. can. celebritatem 4. dist.

Apocha priuata non facit probationem. l. instrumenta. & l. exemplo. C. de probat. Canonistæ ad c. 2. de fid. instrum. V. Duezzas.

Apostoli seu libelli dimissorij à priore judice ad judicem appellationis petendi sunt. l. vn. de libell. dimiss. l. præcipimus §. in his autem C. de appellat. c. 1. v. petat apostolos. & c. vt super. in 6. eod. tit. can. post appellationem. 2. quæst. 6. V. Speculat.

Non apparens, & nullum paria sunt. l. in lege, & l. Rutilia. de contr. empr. can. solemnitatem in fin. de Consecr. 1. Dist. gloss. v. præcipimus c. cum contingat. de rescript.

Appellatio nulla est; non seruata forma l. 1. C. de tempor. appell. l. præcipimus C. de appell. can. anteriorum. 2. q. 6. c. cum dilecti. de confirm. V. Medic.

Appellatio gradatim fieri debet, non omisso medio. c. dilecti. de appell. c. duo simul. de offic. ordi. c. Romanæ. §. archidiaconus de appell. in 6. l. Imperatores. D. & l. addicto. C. d. t. N. 17. §. scito. & N. 23. §. illud. V. Damas.

Appellatio suspendit sententiam. c. venientes. de jureiur. l. fi. C. sent. resc. no. pos. l. si quis iusiurandum. C. de reb. credit. V. Specul. & Ripa.

Appellatione pendente suspenditur iurisdictio judicis à quo, ac interim nihil est innouandum. c. non solum. de appellat. in 6. can. post appellationem. §. ante. 2. q. 6. l. appellatione. C. de appell. l. 1. nihil. noua. appell. pend.

Appellationis causa est reddenda judici, à quo appellatur. c. vt debitus. §. cum autem. & c. cum speciali. §. excessu. de appell. c. 1. v. causam. in 6. eod. l. appellanti. §. vlt. D. d. t.

Appellationis ergo acta edenda, & transmittenda. c. vlt. §. iudicib. 2. q. 6. cap. fin. de probat. l. iudicib. C. de appellat. N. 134. §. appellationes.

Appellandum est regulariter in scriptis, nisi ipso die, quo sententia fertur, apud acta, viuâ voce appelletur. c. post appellationem. §. fi. & c. vlt. §. litigatorib. 2. q. 6. l. 2. & 5. §. vlt. de appell. l. litigatorib. C. eod.

Appellandi ius regulariter non competit, nisi ei qui condemnatus est, vel in judicio egit. l. 2. §. sed si alius Quand. appell. sit. l. 1. & 5. de appell. c. cum inter de elect.

Appellare potest omnis, qui grauatur. c. de appellationibus. de appell. can. biduum. §. dies. 2. q. 6. c. dilecti de mai. & obe. N. 82. §. nam super procurat. l. non tamen C. de appell. l. fin. D. eod. V. Lancil.

Appellare licet à judice, si in commissis arbitrio suo, partem lædit, aut grauat. gloss. in c. 1. ver. super his. de accusat. Bart. in l. si qua pœna. de verb. signif.

Appellatio non datur, si manifestè sit frustratoria c. pastoralis. v. quod per appellationem. de appel. can. ideò huic. §. fin. 2. quæst. 6. l. 4. C. quor. appellat. non recipiant.

Appellare non licet, si per appellationem impediatur, ne testamentum aperiatur, vel scriptus

heres in possessionem mittatur c. vlt. §. si quis etiam 2. q. 6. l. 6. & 7. C. quor. appell. non recip.

Appellare à pœna legis non licet. c. quia nos de appell. gloss. v. priuatos. §. quo si. & c. cupientes. de elect. in 6. Baldus circa l. 1. C. ne ex delict. defunct. V. Marsil.

Appellare potest tertius pro condemnato in criminalibus l. in tantum. de appellat. c. cùm super. de re judic. & ibi Can.

Appellationi renunciasse videtur, qui post appellationem, coram iudice à quo, aliquid agitauit. c. gratum de offic. deleg. l. sed si de judic. l. 3. §. falsus rem rat. hab. V. Socin. & l. 12. C. de assessorib.

Approbatum quod semel, reprobari non potest. c. quemadmodum. de jureiur. c. vel non est. de temp. ordin. c. nulli de accusat. gloss. in c. 2. de except. l. si vxor. in fin. ad leg. Iul. de adult. l. Pomponius de neg. gest.

Arbiter cognoscere non potest de causa restitutionis in integrum. c. pen. de restit. in integ. l. fin. C. vbi & apud quos. V. Duenas.

Arbiter ferre debet arbitrium citatis partibus. c. ex ratione. de appell. l. si cum tres. de arbitr. l. de vno quoq; de re judic. V. Duen.

Arbiter regulariter non admittitur ad testificandũ in pertinentibus ad causam, in qua judicauit. Canonistæ. in c. non sine. de arbitr. Bart. & alij. ad l. ne in arbitr. C. d. t.

Ad arbitrium boni viri reductio petitur, stante inormi læsione. l. societatem. §. arbitrorum.

Pro

Pro socio. l. 1. de leg. 1. gloss. in c. causam. v. si tamen. de elect. & in can. à judicib. 2. quæst. 6.

Arbitrio non est standum, si sit iniquum. l. si libertus ita de oper. libe. c. 2. de arbitr. V. Besol. in tit. de appellat.

Arma portare prohibitum est. can. quid culpatur. 3. q. 1. c. clerici. de vit. & hon. cler. tit. C. vt arma. vsu. insc. princ. inter. sit. lib. 11. & Nouell. de armis. V. Marsil. & Socin.

Attestationes in vno iudicio receptæ, valent in alio c. vlt. de probat. c. cum ad sedem. de restit. spoliat. l. vlt. C. de test. l. pen. C. de arbitr. N. de testib. §. quoniam multæ. V. Mascar.

Auaritia est omnium malorum mater. can. his igitur. 23. Dist. Nouell. Vt iudic. sine quoquo suffr. §. cogitatio.

Auxilium legis frustra implorat, qui in illam commisit. c. bonæ memoriæ. & c. dudum. de elect. l. auxilium. in fin. de minorib. l. isti quidem. Quod met. cau. c. in audientia. de sent. excom. c. 2. Ne cler. vel Monach.

B

Bellum iustum est permissum. l. ex hoc jure. de I. & I. can. justum. can. julianus can. fin. 23. quæst. 2.

Belli tempus, sub se inducias comprehendit, etiam in materia pænali. c. significauit. de iudæ. cap. 2. §. vasalli. Qui feud. dar. poss. in Vsib. feud.

Beneficium benè meritis est concedendum. c. relatū in fin. de testam. l. seruus legauit. de manū testa.

Beneficium non confertur in inuitum. gloss. c. clericis. de vit. & hon. cler. l. fin. C. vnde legit. l. nec emere. C. de iur. delib. V. Medic. & Panorm.

Beneficium principis latissimè est interpretandū. c. cum dilecti. de donat. c. cùm olim. de V. S. l. beneficium. de const. princ. l. fin. circa med. C. de præpos. agent. in reb. lib. 12. V. Socin. & Marsil.

Beneficium à principe concessum, decet esse mansurum. c. decet. de R. I. in 6. c. si cui. de præben. in 6. N. const. quæ dignit. §. 2. V. Dyn. & Dec.

Beneficium à jure indultum, non est alicui auferendum. c. indultum. de R. I. in 6. c. nullus plurib. eod. c. licet. de elect. in 6. l. is qui. & l. nemo. de except. l. si quis condemnatus de re judic. l. exceptionem. C. de proba.

Beneficij accepti nullus debet esse ingratus. c. etsi. de iudæi. & Sarrac. l. sed etsi lege. §. consulti. de pet. hered.

Bona fides non patitur, vt semel exactum, iterum exigatur. c. bona fides. de R. I. l. bona fides. D. eod. tit. can. suam. de pæn. & remis. c. at si clericus. de iudic. l. 3. §. condemnatio. de tabul. exhibend. l. omnes. C. de pæn.

Bonæ fidei quilibet præsumitur. l. super seruis. C. qui milit. non poss. lib. 12. Auth. contra qui propriam. C. de non num. pecun. gloss. in c. dudum. de præben. V. Alciat.

Bonis quisq; suis debet esse contentus. can. si quis episcopus. 7. quæst. 1. l. si constiterit. C. fin. regund.

Bonum ex malo gesto proueniens non excusat de-

lin-

linquentem. can. relegatus. 23. quæst. 3. l. 3. §. in bello. de re milit.

Bonos subleuare præmijs, malos autem comprimere pænis decet. can. regum. 23. quæst. 5. l. 1. de just. & jur.

Bonus quilibet præsumitur. c. dudum de præsumpt. gloss. v. existimare in c. 1. de scrut. & in l. cum pater. §. rogo. de leg. 2. can. præsens. 20. quæst. 3. l. vlt. C. quod met. cau. V. Alciat. 3. præsum. 2. Marsil. in l. 1. de siccar.

C

CAlumniator eo ipso præsumitur quis, quod non probat, quod intendit. c. de calumnia. c. cum dilectus de calumn. c. tuæ de procur. l. athletas. §. calumniator. vbi gloss. in v. ex vtraq; de his qui not. infam. V. Felin.

Calumniator eadem pænâ est puniendus, quâ reus fuisset punitus, si damnatus esset. l. vlt. & l. non prius. C. de calumn. l. accusationis C. de accusat. l. si quis. C. ad leg. Iul. de vi publ. can. calumniator. 2. q. 3. can. quisquis v. cum calumniantes. 2. q. 8. can. qui calumniam. 5. q. 6.

Carcer non infamat. cap. super his. de pæn. l. 1. ex quib. caus.

Charitas ordinata incipit à se ipso l. præses. cum gloss. C. de ser. cap. dilecto. de præbend. can. si non licet. 23. quæst. 5.

Cauere quis pro modico non tenetur. c. per vestras. de donat. not. l. quamuis. Vt in poss. legat. V. Medic.

Causa connexa facit, vt sententia in vno lata, alteri noceat. l. res hæreditarias. de crimin. expil. hæred. l. 1. C. res int. alio. vbi gloss. & DD. c. pen. de sent. & re judic. c. ad petitionem. de accusat. can. quippe. 3. q. 7. V. Medic.

Causæ scientia plurimùm confert ad causati vim & virtutem l. restituendæ. cum gloss. C. de ad. uoc. diuer. judic. cap. 1. §. hoc autem. Qui feud. dar. poss. in Vsib. feud. c. 2. de præben. in 6.

Causæ qualitas plenâ inquisitione discutienda est can. in primis. 2. q. 1. can. vlt. 30. quæst. 5. l. 9. C. de judic.

Causa præiudicialis cum alia concurrens, prius est terminanda. can. fin. §. si de hæredit. §. si crimen. §. qui confitetur. 3. q. 11. l. 2. cum seqq. C. de ordin. cognit. l. quoniam. C. ad leg. Iul. de adulter. V. Maran.

Causa omnis regulariter est plenaria, ac ideò ordinem iudiciarium planè requirit c. quoniam frequenter. Vt lit. no. cont. & per h. tex. Abb. in c. dudum. de elect. gloss. in l. judices. C. de judic. quam sequitur Bart. in v. de plano. Extrauagant. ad reprimendum. eod.

Caussa cessante cessat effectus c. cum cessante. de appellat. c. magna. de vot. l. generaliter. C. de episc. & cler. l. adigere. §. quamuis. de jur. patr. V. Tiraq.

Ob causam datum, causâ non secuta repeti potest. c. dilectus. de Simon. l. 1. in fin. de cond. ob turp. caus. l. dictam. C. eod.

Cautio vbi requiritur, non sufficit nuda. tex. in l. si mandato. §. fin. Mandat. & in l. 4. §. si sub

con-

condicione. v. addici de fideicom.liber.tex.cum gloss. v. idoneè in c. felicis de pæn. & in c. ad nostram. de jureiur. cum c. vlt.de pignor.l.cum indebito. de probat. c. si cautio. de fid. instr.

Certus qui est, certiorari vlterius non oportet. c. cum qui. De R. I. in 6. c. si duobus de appell. l. 1. in fi. de A. E. l. 1. §. aiunt. & l. si tamen. de ædil. edict.

Census aut alterius exactionis ratione, non debet plus debitò exigi. c. ea quæ. de censib. c. quia plerumq; de immunit. eccles. l. vn. C. de super exactor. l. modios. & l. vlt. de susceptor.

Citatio est fundamentum ordinis judiciarij. Clem. pastoralis. de re jud. can. caueant. & can. omnia 3. q. 9. §. fin. l. de pæn. tem. lit. V. Specul. in tit. de cit. & Maran. part. 6.

Citatus à non suo judice, comparere non tenetur. c. de dilat. l. non nocet. de judic.

Citationem post trinam, vel vnam peremptoriam, non comparens, contumax reputatur. can. de illicita. 24. q. 3. c. venerabilis. §. porrò. de Sent. excom. in 6. l. contumacia de re judic.

Citationis ad valorem, authoritas & commissio judicis requiritur. c. ex parte. de rescript. c. 1. de iudic. l. neminem. C. de exhib. rei. N. eod. tit. §. si vero.

Citari quis non potest, vt personaliter compareat. c. quærelam. de procur. l. 1. D. eod. not. in c. 1. de jud. in 6. & in l. fin. C. de procur. V. Socin.

Citari debet is, de cuius præiudicio agitur. c. latet. de maj. & obed. c. ex literis. de in integ. rest. Clem. pastoralis. de re jud. l. vnoquoq; D. eod.

l. nam ita Diuus. de adopt. & l. fin. C. eod. V. Panor. & Maran.

Citatio in quolibet actu est necessaria. l. de vnoquoq; de re judic. l. nam ita Diuus. de adopt. l. si quando. C. de testi. c. cum olim. eod. t. Clem. pastoralis. de re jud. c. ecclesiæ S. Mariæ. de const. c. inter quatuor. de maj. & obed. V. Gabriel. & Marant.

Citari ad domum absens regulariter non potest ad ea quæ sunt grauis præiudicij. c. quoniam. §. sunt et. Vt lit. no. cont. c. causam. vbi Abb. de dol. & contuma. l. ignorantia. C. de rest. in integr. V. Socin.

Circuitus euitari debent. Clem. Auditor. de rescript. l. singularia. si cert. peta. l. dominus testamento. de condict. indeb. l. ne arbitreris. C. de arbitr. V. Mant. ad l. cum fundus si cert. pen. n. 38.

Clausula siue in principio, siue in fine posita, trahitur ad omnia capitula præcedentia, & sequentia. c. secundò requiris. c. inquisitioni. De appell. l. quisquis. C. si cert. peta. l. talis scriptura. & ibi DD. de leg. 1.

Clerici non apud ciuiles judices, sed apud ecclesiasticos conueniendi sunt. c. 2. de for. comp. c. seculares. in 6. eod. c. at si clerici. de judic. can. vltra. 3. q. 6. & can. non liceat. ibi. N. 83. §. vbi dirimere. N. 123. §. si quis contra. & l. omnes. C. de episc. & cleri.

Clericis vis aut iniuria per laicos, inferri non debet. can. contra. 16. q. 7. can. si quis suadente. 17. q. 4. l. si quis. C. de episc. & cler.

Colle-

Collegium constituere sine authoritate superioris non est permissum. c. delicta. de excessib. prælator. l. 3. §. 1. de colleg.

Clauium traditio fieri præsumitur custodiæ causa l. dominus horreorum. loc. l. cum pater §. pluribus de leg. 2. can. ostiarius. 23. dist.

Commendandi verba generaliter emissa non obligant dicentem. l. sciendum. de ædilit. edict. l. obligationum substantia. de A. & O. cap. cum venissent. de instit.

Commoda eum sequi debent, quem sequuntur incommoda c. qui sentit. de R. I. in 6. §. cum autem. l. de empt. & vend. l. 1. §. pro secundo. C. de cadu. tollen.

Commodum quis capere non debet ex eo, quod impugnauit. c. cum olim. de censib. l. Papinianus. §. meminisse. de inoffic. testa. l. aliam. C. de his quib. vt indign. V. Gabriel.

Commissio cui fit, inhabilitatis prætextu, non se excusat. c. sciscitatus. de resc. l. nec infames. C. de de cur. lib. 10.

Communi in re, potior est conditio prohibentis. c. in re communi. de R. I. in 6. can. 1. cau. 33. quæst. 5. c. quia propter. de elect. l. parietem. de ser. vrb. præd. l. Sabinus Comm. diuid.

Compositum seu mixtum à digniore denominandum. not. in c. quanto. de iud. facit l. cum diuersis de religi. & sumpt. fune.

Compromitti in quoscunq; potest. can. 3. quæst. 7. §. tria c. per tuas. de arbitr. l. 5. D. d. t.

Non compromittitur in iudicem ordinarium. can. infames. §. si quis verò. 3. quæst. 7. l. 9. §. si

quis

quis judex. de recept. arbitr.

Compromissum per mortem alterutrius compromittentium expirat. c. fin. de arbitr. l. diem proferre. §. 1. l. si interpellatur. D.d.t.V.Duen.

Conatus ad delinquendum meretur pænam, etiam non secuto delicto. c. 1. cum seqq. de homic. in 6. l. Imperator. de jur. fisc. l. generaliter. vbi gloss. & Bart. de calumn. & ad l. qui falsam Ad leg. Cor. de fals. Felin. in tr. Quando conatus.

Concessa intelliguntur, quæ non sunt prohibita. can. sunt nonnulli, 16. q. 1. can. de illo. 32. Dist. can. ad eius verò. 5. Dist. can. lex diuina. 27. q. 2. l. maritus §. 1. de procur. l. 1. de testib. l. ab ea parte. De probat. V. Damas.

Concessa intelliguntur omnia, sine quibus non potest explicari quod conceditur. c. præterea. de offic. deleg. l. 2. de jur. omn. jud. l. fin. de offi. eius cui mand. jur. l. veteris. de itiner. actu. priua.

In Concessione generali non veniunt, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. c. in generali. de R. I. c. si episcopus. de pænit. & remiss. can. frater noster 16. q. 1. l. 1. C. quæ res pign. oblig. poss. l. si filiusfam. de donat. l. si pater filio. quæ in fraud. credit. c. qui ad agendum. de procur. in 6.

In concessione generali non veniunt, quæ princi pi reseruata sunt. c. quoad translationem. de offi. deleg. c. fin. de offi. vicar. in 6. l. 2. de offic. eius cui mand.

Conclusione in causa secutâ, non possunt instrumenta produci. c. cùm dilectus. cum gloss. de fid.

fid. instr. l. jubemus C. de judic. V. Specul.

Condemnandus est nemo sinè accusatore. can. de manifesta. 2. q. 6. c. 1. de accusat. l. rescripto. §. si quis accusatorem. de mun. & hon.

Nemo qui Condemnare potest, absoluere non potest. l. eum qui. de jurisdict. l. locus. de jud. l. si judex. de re judic. can. fin. in med. 10. quæst. 1.

Conditio, *si facere non possit*, intelligitur, tam de jure, quàm de facto. c. sciscitatus. de rescript. l. filius de condit.

Conditio pro adimpleta habetur, si non stat per eum, qui adimplere tenetur. c. cum non stat. de R. I. l. dedi. in fin. de cond. cau. dat. cau. no. secu. l. in jure ciuili D. de R. I. c. quoniam. §. porrò. vt lit. no. cont. l. jure ciuili. de cond. & demon. V. Ruuin. & Mant.

Confessio absq; causâ factâ, non valet, nec præiudicat. c. si cautio. de fid. instr. l. cum de indebito. §. fin. de probat. gloss. v. apud. in l. 1. de interrogator. action. & in l. instrumenta. C. de probat. V. Mascard.

Confessio propria apud judicem facta, est fortissima probatio. c. per tuas. de probat. c. si sacerdos. de offic. ordin. l. generaliter. C. de non num. pecun. V. Carer.

Confessionem contra propriam regulariter nemo venire potest. l. generaliter. C. de non num. pecun. c. per tuas. de probat. V. Marsil. & Hiltrop.

Confessio de credulitate ita præiudicat, sicut confessio de veritate. gloss. in c. ex literis. v. veritate.

Coniunctus admittitur pro coniuncto sine mandato, dummodo caueat de rato. tex. l. sed & hæ. de procur. l. Pomponius. in fin. eod. l. exigendi. C. de procur. c. nonnulli de rescript. V. Duen.

Connexorum idem est judicium. c. translato. de constit. l. cum actum. de nego. gest. l. plerumq; de ædil. edict.

Consilij non fraudulenti, nulla obligatio. c. nullus de R. I. in 6. l. consilij. D. eod. can. quod præcipitur. 14. q. 2. c. cum olim. de arbitr. l. 2. mand. l. si remunerandi. eod. l. sæpè de V. S.

Consilium in alterius detrimentum mutare non licet. c. mutare. de R. I. in 6. l. nemo potest. D. eod. c. publicato de elect. c. nulli licere. in 6. d. t. l. per fundum. de seruit. rusticor. prædior. l. 1. §. prodest. quor. legator. l. fin. C. de nego. gest.

Consulens, & persuadens punitur sicuti faciens. c. sicut dignum. §. qui vero. c. de cætero. de homic. l. non solum. §. si mandato. v. Atticinus. de iniur. l. qui occidit. §. pen. ad leg. Aquil. l. 1. §. persuadere. de Ser. corrupt. V. Marsil.

Consentienti, & scienti, non fit iniuria, neq; dolus c. scienti. de R. I. in 6. l. nemo videtur. D. eod. c. 1. de Sent. excom. can. si quis igenuus 29. q. 2. l. 1. in fi. de A. G. & V. l. eum qui eod. l. 2. §. vsq; adeo. de iniur. l. 3. §. si quis. de lib. hom. exh.

Consors eiusdem litis, pro consorte agere potest, absq; mandato, satisdatione præstitâ. Clem. si religiosus. de procur. gloss. c. cum M. de const. & in c. cum dilecti. de dol. & cont. facit l. si petitor.

titor. de judic. l. 2. C. de consort. eiusd. lit. V. Felin. & Rip. in d. c. cum M.

Constitutio ignorantes non ligat. can. inlectum. 34. q. 2. c. 3. de sent. excom. l. si ignorans. cum gloss. loca. V. Duenas.

Consuetudo optima legum interpres. c. cùm dilectus de const. l. si interpretatione. de legib. V. Curt. & Zoannet

Consuetudo pro lege obseruatur, deficiente lege. can. consuetudo. 1. Dist. l. de quibus l. diuturna, & l. sed. & de legib. V. Zoannet. ad leg. 6. de jur. omn. iud.

Consuetudo non ligat subditos extra territorium, c. vt anima. §. 1. de constit. in 6. l. fin. de jurisd. omn. iud.

Consuetudinem allegandi, regulariter incumbit probatio. c. 1. de constit. in 6. l. in bello. §. facta. de capt. & postlim. reuer. V. Mynſ. 5. Obser. 96.

Contractus ex conuentione legem accipiunt. c. contractus. de R. I. in 6. l. contractus. D. eod. c. 2. de depos. c. Eleutherius. 18. q. 2. l. 5. de precar. l. 7. depos. l. si vt §. nunc. commod. V. Dec. & Dyn.

Contraria allegans non est audiendus. c. imputari. de fid. instr. c. solicitudinem. de appell. c. pen. de purg. cano. c. vn. vt eccle. benef. l. Titiæ. de cond. & demo. l. vbi repugnantia. de R. I. V. Diaz.

Ex Contrarijs bonum fit temperamentum. can. disciplina. 35. dist. c. 1. de offic. cust. l. recipiendum. de pen. l. continuus. §. itē qui insulā. de V. O.

Con-

Conuersatio nimia parit odium, & contemptum. can. quando. 86. dist. c. si judex. de judic. l. obseruandum de offic. præsid. l. 3. de pecul. V. Bellon.

Cordis esse præsumitur, quod ore exprimitur. l. labeo §. idem Tubero. de Supell. legat. can. humanæ aures 25. q. 2. c. secundò requiris. de appell.

Crimen extinguitur, personâ delinquentis extinctâ. l. defuncto. de publ. judic. l. 1. C. si reus vel accus. fuer. mort. can. quorundam. 23. dist. c. peruenit. & c. causam. Qui fil. sint legit. c. à nobis. 2. de sent. excom. V. Medic.

Sine Culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus. c. sine culpa. de R. I. in 6. can. satis peruersum 56. Dist. c. cognoscentes. de constit. l. si putator. ad leg. Aquil. l. Lucius de euict. l. item si verberatum. §. item si forte. de rei vind.

Sine Culpa non est, qui rei ad se non pertinenti se immiscet. c. non est. de R. I. in 6. l. culpa. D. d. t. c. tua. de homic. can. clerico. 50. dist. can. nec is. §. itaq; 15. q. 1. l. si iudex. de var. cogn. l. si quis fundum. §. Cellus. Locati.

D

Damnum quod quis suâ sentit culpâ, sibi debet imputare. c. damnum. de R. I. in 6. l. quod quis. D. d. t. c. si clericus. De præben. in 6. can. displicet. 25. q. 1. l. cum duobus. §. fin. cum l. prox. Pro Socio. l. qui proprio. §. procurator. de procur.

Dare nemo poteſt, quod non habet. l. nemo. de R. I. can. qui perfectionem. cum ſeq. 1. quæſt. 1. ibi Reguliſtæ.

Dare quis poteſt, quod non habet. cap. 1. de ſupple. negl. præl. l. quod. de Vſutr. & quemad. l. non eſt. D. de acq. rer. dom.

Deceptis iura ſubueniunt, non decipientibus. c. cum vniuerſorum. de rer. permut. c. inter dilectos. de fid. inſtr. l. 2. §. verba. ad S. C. Velle.

Declarans nihil de nouo facit. l. heredes palam. §. ſed etſi de teſtam. l. adeo. §. cum quis. de acq. rer. dom. l. aſſe toto. de hered. inſt. Clem. 1. de jur. patr. & Clem. exiui. v. locum. de V.S. gloſſ. in c. per tuas. v. de nouo. de donat.

Ad decidendum ſola ratio ſufficit, etiam ſublatâ lege. l. ſcire. §. ſufficit. de excuſ. tuto. l. fin. de pæn. l. cum vno. de damn. infect. c. ſi romanus. de præben. can. fruſtra. 8. diſt. V. Vigel.

Defenſio pro tuitione rerum, etiam cum nece inuaſoris, eſt licita. c. ſignificaſti. & c. 2. de homic. vbi Canoniſtæ l. vt vim. de I. & I. l. itaq; ad leg. Aquil. cum gloſſ. ibi ad v. latronem. l. furem. ad leg. Cor. de Siccar. l. 1. C. Vnde vi.

Defenſionibus vti pluribus nullus prohibetur c. nullus. de R. I. in 6. l. nemo ex hiſ. D. eod. cap. auditis. de præſcript. can. quiſquis. 24. q. 1. l. interpoſitas. de tranſact. l. is qui. de except. cum l. nemo. d. t.

Definitum quod eſt, non licet nobis definire. l. precio de publician. c. inter corporalia. de translat. c. quia de vxore. de ſepult. can. conſuluiſti. 2. q. 5.

Dele-

Delegatus fungitur dumtaxat vice delegantis. c. sanè. de offic. deleg. l. si prætor. de offic. eius cui mand. l. solent. de jur. omn. jud.

Delegatus tenetur inserere citationi tenorem suæ delegationis. tex. in c. 2. de dilat. vbi Canonistæ, & Legistæ in l. 2. si quis in ius voc. non cer. Panor. & felin. de offi. deleg.

Delegatus nihil agere potest contra formam juris, ac item suæ delegationis. c. cum dilecta. de rescript. l. diligenter. & ibi DD. mandati.

Delegatus non debet salario plus petere ab actore, quàm à reo, sed æqualiter. c. statutum. §. prouisurus. de rescript. in 6. l. vlt. C. de fruct. liti. expens.

Delicta paria mutua compensatione tolluntur. cap. ad id. de sponsal. c. significasti. de diuor. c. pen. de adult. l. viro atq; vxore Solut. matr. l. 2. §. idem ait. Ne quid in loc. publ. l. si duo. De dol. V. Socin.

Delictum personæ non debet in damnum ecclesiæ redundare. c. delictum. de R. I. in 6. c. cum venerabilis de except. Clem. nolentes. de hæret. l. pen. de tabul. exhib. l. neq; de re judic. l. orphanotrophos. C. de episc. & cler.

Denominatio à digniore facienda. c. 1. de testam. c. quod in duobus. de consecr. eccles. l. quæritur. de stat. homi. l. 1. si ager. rectius. vel emphyt. l. legatis seruis. §. si vnus. de leg. 3. V. Damas.

Denunciatio impunè non contemnitur. c. causam. de dol. & contum. c. Deus omnipotens. de accusat. c. intelleximus de nou. oper. nunt. l. si

fundum, C. de rei vind. l. ait prætor. §. si quis. quæ in fraud. credit.

Denunciatio super ea obligatione, qua per ius, vel per sententiam sublata est, fieri non potest. l. nam & postea. de jureiur. l. si quis eum. §. planè. de except. rei judic. Bart. in Extrauag. ad reprimendam. v. denunciationem. & Canonistę ad c. nouit. de judic.

Denunciantibus de jure, non creditur, etiamsi de publico electi sint. Bart. in l. Diuus. de custo. reor. & in l. 1. §. quies. de offic. præf. vrb. Canonistæ. in cap. præterea. de testib. cogend.

Deo semel dicatum, non est ad humanos vsus transferendum. c. semel Deo. de R. I. in 6. can. ligna. 38. dist. c. nulli. de relig. domib. c. 1. de consecr. c. conquestus de for. comp. l. si quis sepulchrum. de relig. & sumpt. fun. l. in tantum. §. sacræ. de rer. diuis. l. ædes sacræ de contr. empt. Auth. præterea C. de SS. eccles.

Depositum contra regulariter compensatio non admittitur. l. compensationes. C. de compens. c. bona fides de depos. vbi Panor. & Ias. in §. in bonæ fidei I. de act.

Destinatio habetur pro facto. l. lex Iulia. de fund. dot. l. etsi non sunt. §. infesti. de aur. & arg. leg. c. ecclesiæ de immunit. eccles. c. cum in illis. de præb. in 6. vbi DD. & in c. cum adeò. v. destinatio. de rescript.

Determinatio præmissa in sequenti clausula non reperitur. c. cùm dilecti. de donat. l. vlt. de fideicom. liber. l. doli clausula. de V. O. l. sed etsi. §. deinde. quib. ex cau. maj. V. Maran.

Diebus

Diebus feriatis iudicia exercenda non sunt. cau. 15. quæst. 4. in pr. cum seqq. c. fin. de ferijs. l. 1. 4. & 6. eod. l. 2. C. d. t. V. Specul. & Soc. reg. 92.

Dies statuta interpellat pro homine. c. potuit. locat. c. cupientes. §. si verò. de elect. in 6. Clem. quia contingit. §. vt autem. de relig. domib. l. magnam. C. de contr. empt. l. trajectitiæ. de V. O. l. si fundum. eod.

Dignitas, & authoritas seruanda est. c. 1. de maj. & obe. l. obseruandum. de offic. præsid. l. 2. de postulan. Trid. sess. 25. de reform. 17.

Dignitati defertur in pænis. c. fin. de pæn. Clem. multarum. eod. l. nemo. de SS. eccles. & ibi Bal. & gloss. in §. 1. l. desertorem. de re milit.

Dilapidationis accusatus, & probatus suspectus ab administratione remouetur. c. licet Heli. de Simon. c. venerabili. de offic. & pote. judi. deleg. l. si cui. §. ijsdem. de admin. tutor. l. tutor. §. quæri. de suspect. tutor. l. si aliqui C. de suscept. præpos. & arcar. lib. 10.

Dilatio legalis inuitis partibus, etiam absq; caussæ cognitione conceditur. c. induciæ. §. spatium. 3. q. 3. l. à præcedente C. de judi. l. 4. de dilation. & moderatur auctoritate iudicis. gloss. in c. cum sit Romana. de appell. & in Auth. hodie C. eod. V. Specul.

Dilatio non datur nisi semel, pro tribunali, & causâ cognitâ c. vlt. §. spatium. §. à judice. 3. q. 3. l. à præcedente. & l. inter priuatos C. de dilat. l. vlt. de ferijs. V. Lanfr. de Orian.

Quod differtur, non aufertur. can. ancillam. 32. quæst.

quæst, 2. c. nemo. de pænit. 3. dist. 1. quoties. de precib. imperat. offerend.

Dissoluitur per leges, quod contra leges fit. can. imperiali. 21. q. 2. c. in nomine Domini. de testib. c. vi. qui mat. accu. poss. l. non dubium. de ll. l. si stipulator. §. 1. de V. O.

Dissoluitur vnumquodq; eo modo, quo colligatum est l. nihil tam. de R. I. c. omnes. in 6. eod. tit. vbiq; Regulistæ.

Distinguenda tempora, vt scripturæ concordentur. can. si peccauerit. 2. q. 1. l. apud antiquos. C. de furt.

Distinguendum non est, quando lex non distinguit. c. ad audientiam. de decim. l. preces. de offic. præsid. l. de precio. de publ. in rem act. V. Vigel.

Diuinare nemo cogitur. c. vn. Vt eccles. benef. sine dimin. conf. l. si putator. ad leg. Aquil. l. si fideiussor. §. si eum. Mand.

Diuitijs auctis, & onera augeri debent. c. cum M. ferrar. de constit. l. his oneribus. §. auctis. de muner. & honor.

Dies termini non computatur in termino. can. quisquis. ver. ex ca. 4. quæst. 5. gloss. c. super eo. de appellat. l. 1. si quis caut. l. vbi. de R. I. V. Gabriel. & Speculator.

Dolo facit, qui petit, quod restituere oportet eundem. c. dolo. de R. I. in 6. l. in condemnatorijs. §. dolo. D. eod. c. debitores. de jureiur. can. nullus. 14. q. 4. l. dolo. de dol. except. l. 1. C. de rei vxo. act.

Dominis seruire duobus nemo potest. can. clericus.

cus. 21. q. 1. can. singula. 89. dist. can. præsbyteros. 16. q. 1. Trid. sess. 14. de refor. 6. ver. pedes. & sess. 24. eod. 17. l. libertus. Ad municipal. l. ille à quo. §. tempestiuum. ad Trebell. l. fin. C. de assessorib. l. his quidem. C. qui milit. poss. lib. 12.

Dominium seu titulus haberi non potest ex diuersis causis c. pen. de præscript. l. sequitur. §. lana. de vsucapion.

Domum reuocandi priuilegium habent in curia principis existentes, ex causâ necessaria, aut probabili. l. 2. §. etsi. l. legatis. de judic. gloss. in c. vlt. de for. compet. V. Gabriel, & Couar.

Doceri non debet, qui alios docere debet. can. continentibus 1. q. 7. can. non negamus. 61. dist. N. de sanct. episc. §. 1. l. si qui argentarijs. §. ait prætor. de edend.

Donatio facta, propter natiuitatem liberorum in totum reuocatur. l. si vnquam. & ibi DD. communiter. C. de reuoc. donat. gloss. in can. si quis irascitur. 13. q. 2. per tex. in can. vlt. 17. q. 4. V. Mynf. 6. obser. 95. & Port. 1. conclus. 35. Paleot. de not. & spur. c. 34.

Donationem ante nuptias, potest maritus repetere soluto matrimonio. c. vlt. §. fin. de don. int. vir. & vxo. l. cum multæ. C. de donat. ante nupt. Nouell. 22. §. eaq; V. Soc. & Ruin.

Donatio propter nuptias dotis inæqualis, & pacta de lucro dotis, vel donationis inæqualis, non valent l. ex more. cum Auth. C. de pact. conuen. N. de æqual. dot. in pr. §. sed & aliud. l. de donat. c. donatio de don. int. vir. & vxo.

Donationem ob immodicam, competit liberis & parentibus donatoris, actio vel exceptio, ad præstandam, vel supplendam legitimam, c. Raynutius. §. dictus verò. & §. cùm autem coram. de testam. l. Titia. §. Imperator. & §. fin. de leg. 2. l. 1. C. de inoffic. donat. N. 92.

Dos etiam constante matrimonio repeti potest, marito ad inopiam vergente. l. vbi adhuc. C. de jure dot. l. in rebus. eod. l. si constante. solut. matr. tex. in c. per vestras. de donat. int. vir. & vxo. V. Lipski. 2. obs. 26.

Dos soluto matrimonio est mulieri restituenda. c. cum duobus. cum seqq. de donat. int. vir. & vxo. l. vlt. Cod. solut. matr. l. vn. §. illo. C. de rei vxo. act. V. Vigil. & Crot.

Pro Dote obligata sunt tacitè mulieri bona mariti. c. ex literis. de pignor. l. vn. §. & vt plenius. C. de rei vxo. act. V. Mynf. 5. obser. 4. & Crot.

Dotem amittit mulier ob adulterium. l. quamuis. C. de adult. c. plerique de don. int. vir. & vxo. ac ibi DD.

Duorum in solidum, nec possessio, nec dominium esse potest. l. si vt certo. §. si duobus. Commod. l. possideri §. è contrario. de adquir. possess. cap. licet. de probat. V. Bologn. & Dec.

E

Ecclesiarum priuilegia non negligenda, sed conseruanda, & illorum violatores puniendi. can. priuilegia. & can. quæcunq; 25. quæst. 2. can. qui & diuinis. 12. q. 2. Trid. sess. 25. de

refor-

reformat. 20. l. priuilegia. & l. decernimus. C. de Sacros. eccles. l. si venerabiles. l. si qua. l. omnes C. de episc. & cler. Nouell. 131. §. omnia.

Ecclesiæ res nullius in bonis sunt, nec quisquam eos tamquam proprios sibi vindicare potest. c. ratio. de præbend. can. 1. §. has verò. 16. quæst. 7. can. quod autem. §. si autem 3. q. 7. §. nullius. I. de rer. diuis. l. 2. D. d. t. Trid. sess. 22. de refor. c. 11.

Ecclesiæ res regulariter alienari non possunt. c. nulli liceat. & c. si quis de reb. eccles. alie. Extr. Comm. vn. d. t. c. hoc consultissimò. in 6. eod. c. vt commutationes. de rer. permut. c. fraternitatem. de donat. l. jubemus. C. de SS. eccles. N. 7. & N. 120.

Ecclesiæ ex contractu vel delicto clerici non obligatur, nec ei præiudicatur. c. 1. deposit. c. quod quibusdam. de fidejuss. c. delictum. de R. I. N. 120. §. at si quis episcopus. N. 123. §. si verò æconomi.

Ecclesiæ nomine prælatus conueniri potest. c. edoceri. de rescript. l. 31. §. hoc nihilominus. C. de episc. & cler.

Electio in alternatiuis est ipsius debitoris. c. referente. de præben. c. in alternatiuis. de R. I. l. plerumq; §. pen. de jur. dat. l. si ita relictum. de leg. 2. l. pen. C. de cond. & demon.

Electio rerum in dubio interpretatur de minimo. l. nummis. de leg. 3. l. apud Iulianum. §. Sejo. de lega. 1. c. ex parte. de censib. V. Socin.

Electio sola, non tribuit ius electo. c. postquam.

 de

de elect. glos. v. electi. in l, ex eo tempore. de milit. testam. l. Publius de cond. & demon. V. Duen.

Electo ex duobus contrarijs vno, videtur alteri renunciatum. not. in c. cùm renunciatur. 32. q. 2. l. 1. C. de fur.

Emphyteusis nulla est, forma iuris non seruata. l. 1. ac ibi DD. de jur. emphyt. c. 1. de reb. eccles. non alien. in 6.

Emphyteuta intra biennium, aut alius intra triennium, si non soluerit canonem, iure suo cadit. c. vlt. §. emphyteuta. de loc. & cond. can. hoc ius. §. qui rem. 10. q. 2. l. 2. C. de iur. emphyt. Nouell. 7. §. scire autem omnes.

Emphyteuta, si non requisito, aut nolente domino, ius suum alienauerit, regulariter eo cadit. c. fin. §. emphyteuta. de loca. & cond. l. cum dubitabatur. C. de jur. emphyt. V. Mars. & Viuui.

Emptor agit de euictione aduersus venditorem re euictâ c. fin. de empt. & vend. l. emptor fundi. C. de euict. l. non dubitatur. cum l. si in venditione D. d. t.

In Emptione dolosâ datur conuento reo electio, vtrum quod est vltra justum pretium velit, an vt totus contractus rescindatur. c. cum causa. de contr. empt. & vend. l. 2. C. de rescind. vendit. V. Palæot.

Non Entis nullę qualitates. c. ad audientiam. de eccles. ædif. c. fin. de pænit. 2. dist. l. eius qui. Si cert. peta. l. quidam referunt. de jur. codicil. l. 1. comm. prædior.

Erran-

Errantibus, non fallentibus, subuenire oportet. l. si is qui. C. si min. se maj. dix. l. 2. §. verba. ad Velle. c. sane. de renunc. c. pen. de rer. perm. c. inter. de donat.

Error non præsumitur in actu iterato. Gloss. v. monita. c. ex literis. de diuor. c. olim. de rescript. can. si quis iuratus. 2. q. 2. l. 1. C. de error. calcul. l. 1. §. supradictis. v. C. de emend. codic. Iusti.

Euentus non spectatur, cuius nullus effectus. c. cum contingat. de offic. deleg. l. ad probat. C. de probat. l. vlt. C. qui admit. V. Bolognet.

Executio sententiæ fieri non debet durante appellationis tempore. c. non solum. de appellat. in 6. l. vn. vt appellat. pend. ac vtrobiq; gloss. V. Hiltrap. in proc. judic.

Executio sententiæ numquam fit in præiudicium tertij, quandò sufficit summariè docere de iure suo. cap. veniens. & ibi Canonistæ de testib. l. 3. ad exhiben. l. à D. Pio. §. super. De re iudic.

Executio non est facienda ante sententiam. c. significante. de appellat. can. sicut. 2. q. 1. l. 58. de re judic. l. 1. C. de exe. rei iud. V. Specul.

Executor de causa cognoscere non potest. c. pastoralis. §. quia. de offic. & pot. iud. deleg. l. si prætor. de judi. V. Vigel.

Exceptionem obijciens, non videtur de intentione aduersarij confiteri. c. exceptionem. de R. I. in 6. c. illud. de præscript. l. non vtiq; de except. V. Gomez. de Delict. c. 12.

Exceptio peremptoria opponi non potest post sententiam quæ in rem judicatam transiuit. c. cum, olim.

olim. 2. de priuil. c. suscitata. de restit. in integr. l. 2. C. sent. resc. no. pos. l. post rem iudicatam. de re jud. l. minor viginti. de minor. V. Specul. de except.

Exceptiones dilatoriæ ante litem contestatam apponendæ sunt, non post. c. inter monasterium de re jud. Abb. in c. exceptionem. de except. l. si quis. & l. fin. C. eod. l. ita demum C. de procur. V. Specul. tit. de except. & Maran.

Exceptio post litem contestatam superueniens opponi potest, & operatur idem, ac si ante litem contestatam opposita fuisset. l. 1. cum DD. de consort. eiusd. c. insinuantem. de offic. deleg.

Exceptio legitima contra testem opposita, statim quidem recipitur, sed eius probatio in tempus disputationis differtur. c. ex parte. vbi glossa de testib. & Auth. si testis productus. C. eod. tit.

Excusationes duæ imperfectæ non faciunt vnam perfectam. c. quorundam. 23. dist. l. 2. de excus. tutor. & l. Spadonem. eod.

Exemplum non facit plenam fidem. c. ex inquisitione. & ibi gloss. de rescript. c. 1. de fide instr. Auth. si quis in aliquo C. de eden. l. 2. & ibi glo. de fid. instr. V. Purpur. ad d. Auth.

Exitus acta probat l. quædam. de reb. dub. l. rem nouam. §. fin. C. de jud. can. quod autem. 2. quæst. 2.

Expensas litis præstare aduersario tenetur, qui citatus in termino statuto non compacuit. c. repræhensibilis. §. si autem. de appell. c. dilecti. in fi. de dol. & cont. l. non ignoret. C. de fruct. & lit. expens.

Expen-

Expensæ, tam antè litem contestatam, quàm post, officio iudicis petuntur. DD. ad c. finem litibus. de dol. & cont. tex. in l. terminato C. de fruct. & lit. expen.

Experientia est rerum magistra. c. quendam. de elect. in 6. §. pen. I. de satisdat.

Expressum simpliciter dicitur, quod ex mente, & rationis identitate tantùm colligitur. vt per gloss. c. cum olim. de censib. in fi. & ad l. prætor. de oper. nou. nun.

Expressa nocent, non expressa non nocent. l. nonnumquam D. de condit. l. expressa. de R. I. c. vlt. Ext. de procur.

Extare vt aliquid dicatur, sufficit modicum temporis extitisse. l. domum. de contr. empt. l. insulæ de vsufr. l. cum sponsus. §. si. v. momento. de publ. in rem act. Baldus ad cap. per tuas. de probat.

Exteriora indicant interiora. §. pauonum. I. de rer. diuis. l. non codicillos. C. de testam. l. si tamen. de ædil. edict. l. emancipatione. de adopt. Extra. Comm. ad nostram de regular. can. nec aliqua. v. concubitus. 27. q. 1.

F

Facta aliena etiam prudentissimos fallunt, & quandoq; ipsum quoq; legislatorem. c. 1. de constit. in 6. l. 2. de jur. & fac. igno.

Factum non dicitur, quod non durat factum. l. si pro parte §. versum. de in rem vers. l. si opus. de oper. nou. nun. l. qui falsa ad l. Cor. de fals.

c. ad

c. ad nostram. de regular. & transeun. c. inam & ego. de V. S. can. constat. 1. q. 2. Trid. sess. 25. de refor. c. 1.

Factum legitimè retractari non debet, licet casus postea eueniat, à quo non potest inchoari. c. factum. de R. I. in 6. l. in ambiguis. §. 1. D. eod. can. quod benè. 6. q. 4. c. vlt. De spons. duor. c. pen. de eo qui cog. con. vxo. l. adoptiuus. de ritu nupt. l. in communi. de testa. l. 1. §. sufficit. de bon. pos. sec. tab.

Factum à principe non potest eius successor irritare. can. decessorum, 25. q. 2. l. si ab eo. C. de lib. cau. c. si quis inuestitus. vbi Bal. Qui success. teneant. in Vsib. feud.

Factum à maiori parte valet in his quæ sunt pluribus vt vniuersis communia. c. 1. de his quæ fiu. à maj. par. cap. c. quia propter. & c. auditis. de elect. c. 1. v. tractatus de reb. eccle. no. alie. in 6. l. quod maior. Ad municipal. l. nulli. quod cuiusq; vniuer. nomi. l. aliud. §. referunt. de R. I.

Factum à maiori parte non valet, sed omnes consentire debent, in his, quæ sunt pluribus, vt singulis communia. c. cum omnes. de const. c. si archiepiscopus. v. ab omnib. de temp. ordin. & c. quod omnes tangit. de R. I. l. per fundum. de Seruit. rust. prædior. l. fin. comm. prædior.

Qui facit per alium, perinde est, ac si faciat per se ipsum c. qui facit. de R. I. in 6. l. quod iussu. D. eod. c. mulieres. de sent. excom. c. intelleximus. de judic. l. ita. §. quod si quis. & §. gessisse. de admin. tuto. l. 1. §. dejecisse. De vi & vi arm.

arm. l. non ideo. C. de accusat.

Imputari non debet ei, per quem non stat, si non faciat, quod per eam fuerat faciendum. c. imputari. de R. I. in 6. c. cum sit Romana de appell. c. commissa de electio. l. lege commissoria. de leg. commiss. l. Titio. §. si cum. de cond. & demon.

Ex facto ius oritur. c. pen. de despon. impub. l. si ex plagis. §. in cliuo. Ad leg. Aquil. l. 6. C. de ingen. manu.

Facultatis quæ sunt, præscribi non possunt. tex. in l. viam publicam. de via publ. & ibi Bartol. not. in c. possessiones. 16. q. 1. & in c. significante. vbi etiam Abbas de appellat.

Falsitas non præiudicialis, pæna falsi non punitur, gloss. in l. damus. v. priuatas. C. ad leg. Cor. de fals. & in c. quanto. de jureiur.

Falsitatis suspicio cessare debet pro re modica. l. cum hi. §. modus. de transl. l. & eleganter. §. fin. de dol. c. & si quæstiones. de Simon.

Falsum sine dolo malo, aut per errorem, & ignorantiam committens, non tenetur. l. nec exemplum. C. ad leg. Cor. de fals. l. vn. C. de muta. nomi. c. accedens. de crim. fals. V. Clar. & Viui.

Falsum exprimere, vel supprimere Veritatem, paria sunt. c. super literis. de rescript. l. 1. de fals.

Fama regulariter non facit plenam fidem. can. si testis. §. sæpè etiam. 4. q. 3. c. illud. v. in hac. de cler. exco. l. 3. §. eiusdem. & ibi gloss. v. confirmat. de testib. V. Mynſ. 5. Obser. 46.

Fama plus est custodienda, quàm oculi. can. nol. 12. quæst.

quæst. 2. can. non sunt audiendi. 11. quæst. 3. l. infamia. C. de decur. lib. 10.

Fatalia non currunt, stante compromisso. tex. in auth. si tamen C. de appell. & in Clem. quamdiu eod. Abb. in c. venerabilis. de judic. V. Gabriel.

Fauor, causæ præponderat fauori rei conuenti. c. vlt. de re judic. c. ex literis. de probat. l. lege Iulia. de manum.

Fauori quilibet suo renunciare potest. c. ad apostolicam de reg. c. si diligenti. de for. comp. l. si quis in C. de pact. & l. potest. eod. l. Titio centum. de condit. & demon. Soc. reg. 339. Marf. sing. 361. Tiraq. de primog. 24.

Fauores conuenit ampliari, odia verò restringi. c. odia de R. I. in 6. c. statutum. de elect. in 6. can. odio. 86. Dist. can. duo. 23. q. 4. l. cum quidam. de lib. & posth. l. stichum §. naturalis. de solut. l. Arrianus. de A. & O.

Ferijs repentinis & solemnibus non potest renunciari. c. fin. de fer. l. si feriatis. de arbitr.

Feudum qui alienat, cadit jure feudi, & dominus illud concedere alij potest. c. 2. de feud. & in Vsib. feud. tit. de alie. feud. c. si clientulus. V. Vigel.

Fideiussor ante principalem conueniri non debet: ne dispendium patiatur, vnde præmium meruisse videtur. c. 2. de fideiuss. Auth. præsente. C. de fideiuss. Auth. hoc si debitor. C. de pignor. V. Port. 1. concl. 41. & Gabr.

Fideiussor non est liberatus, si debitori certâ die soluere obligato, tempus prorogetur. gloss. in l.

Her-

Hermes. C. loca. Bal. in l. labeo. §. si in fideiuſ. de Arbitr. Abb. in c. constitutus. cir. fin. de fideiuſſ.

Fideiussor, vt ante solutionem liberetur, agere contra principalem non poteſt. c. fin. de fideiuſſ. l. ſi pro ea. C. mand. l. Lucius. D. eod. V. Alex. in l. facere. Solu. matr.

Fideiussio etiam in cauſa criminali locum habet. l. 3. §. 7. v. ſub de bon. eor. qui mor. l. 2. cum ſeqq. de cuſt. & exhib. reor. c. ſi clericos. v. eoldem. de ſen. exc. in 6. can. cum homo. 23. q. 5.

Fieri multa prohibentur, quæ facta tenent. can. neq; furioſus. 33. q. 2. c. ad apoſtolicam. de regular. l. patre furioſo. de his qui ſunt ſui vel alie. jur.

Filius non portabit iniquitatem patris. can. ſi habes. 24. q. 4. c. ſi compromiſſarius. de elect. in 6. l. crimen. & l. pæna. de pæn. l. ſancimus C. d. t.

Filius domi natus, præſumitur eſſe mariti. c. per tuas. de probat. not. in c. Michael. de fil. præſb. c. tranſmiſſa. qui fil. ſint legit. l. filium. de his qui ſui vel alie. iur. l. miles. §. defuncto. de adult. l. ſi vicinus. C. de nupt. V. Gabr.

Filij naturales faciunt deficere conditionem fideicommiſſi. c. in præſentia. de probat. vbi gloſſ. & in c. Raynaldus de teſta. & vtrobiq; Canoniſtæ. l. ex facto. §. ſi quis. ad Trebell. ac ibi legiſtæ communiter.

Filij naturales per ſubſequens matrimonium fiunt legitimi. c. tanta. qui fil. ſint legit. §. fin. I. de nupt. Nouell. quib. mod. nat. effic. legit. Iaſo n & alij.

& alij. in l. generaliter. C. de inst. & subst. V. Tiraq. tr. de jur. primogen. q. 34.

Filiatio probatur ex solo tractatu de aliquo, tamquam de filio, etsi non nominetur. legistæ ad l. quidam quasi. de probat. & Canonistæ ad c. ex transmissis. qui fil. sint legit.

Finis est spectandus. c. literas. de despon. impub. c. præterea de test. coge. vel non. l. si quis. de rit. nupt. l. Mela de alim. & cib. lega. l. non intelligitur. §. si quis palam de jur. fisc.

Fiunt quæ incontinenti, inesse præsumuntur. l. lecta. v. dicebam. si cert. peta. vbi Legistæ. tex. in l. si quis. §. quia ita. de incend. ruuin. naufr. c. officij. cum gloss. de elect. & in c. officij. v. incontinenti. eod. vbi Canonistæ.

Formæ omissio vitiat actum. c. 1. de baptis. c. tna. de spons. l. cum hi. §. si prætor. de transact.

Fori sui viri fit mulier nubendo. c. 1. de Sponsalib. l. vlt. §. ijdem. Ad municip. l. cum quodam. de iuris. omn. iud. l. exigere dotem. de judi.

Fraus, & dolus non debent alicui patrocinari. c. ex tenore & c. super literis. de rescript. c. tuæ. de cler. non resid. c. cum olim. de offi. deleg. Trid. sess. 25. de refor. 15. l. 1. & l. ne ex dolo. D. de dolo.

Fraus dispositionem testatoris non rumpit. c. requisisti. de testam. & c. cum à nobis. eod. l. iubemus. §. sanè C. de SS. Eccles. DD. in l. 2. de statu homi.

Fructus cum restitutione rei non veniunt, nisi expressè petantur. Canonistæ. in c. grauis. de rest. spol. l. sciendum. de ædil. edict. ac ibi legistæ.

Fru-

Fructus ex pignore percepti computantur in sortem. c. cum contra. de pignor. c. 1. & c. conquestus. de vsur. l. si dominum. de pignor. l. creditor. & l. fin. C. de pign. acti.

Fructum consequi quis non debet ex eo, quod nixus est impugnare. c. ex eo. de R. I. in 6. c. præsentium. de testib. c. cum olim. de censib. l. Papinianus. §. meminisse. de inoffi. testa. l. alia causa C. quib. vt indign.

Frustratoria allegans non auditur. c. consuluit de offic. deleg. Clem. Sæpe. de V. S. l. fin. quan. pro. no. est. nec. l. hi qui. C. de conue. fisc. debit.

Fundamentum vbi defecit, ibi super ædificari non potest. c. cum Paulus. 1. quæst. 1. l. 1. de excep. rei iudic.

Furem nocturnum impunè occidere licet. c. si perfodiens. de homic. l. furem. ad leg. Cor. de Siccar.

Furtum committit, qui inuentum non reddit. can. si quid inuenisti. 14. q. 5. l. falsus. §. qui alienum. de furt.

Ex Furto competit actio furti, etiam pro re minimâ. can. fin. 14. q. 6. l. 2. §. quod. Vi bonor. raptor. l. in re furtiua de cond. furt. Tiraq. tr. de iudic. in reb. min. Couar. 1. Var. resol. 13.

In Furti actione venit etiam æstimatio sacci, in qua pecunia furtiua continetur. can. qui. saccum. 50. dist. l. 79. de furt.

G

GEnerale dictum, est generaliter accipiendum. can. 1. Dist. 29. can. sunt nonnulli. 1. q. 1. c. solitæ. de maj. & obed. l. si seruitus. de ser. vrb. prædior. l. de pretio. de publ.

Generalitas nimia communiter reprobatur: quia parit confusionem. c. ad hæc. & ibi Bal. de rescript. c. ex literis. de dol. & cont. c. 2. de appel. l. ita fidei. in fin. de jure fisc. l. 2. §. edere. de eden. l. de ætate. §. nihil. de interrog. act. V. Roman.

Generalis oratio præbet generale intellectum, etiam in lege speciali. can. porrecta, de confirm. vtil. vel inutil. Clem. 1. de elect. l. regula. §. si quis ius. de jur. & facti ign.

Generi per speciem derogatur. c. generi. de R. I. c. dudum. §. nos. & c. quamuis. de præben. in 6. c. 1. de rescript. c. studuisti de offic. lega. l. vxorem. §. felicissimè. l. seruis vrbanis. §. Neruæ. de leg. 3. l. sanctio legum. de pæn.

Gestum præsumitur spontaneè factum, non coactè. l. 2. de his quæ vi met. cau. c. pen. Ext. eod. c. cum verum de regular. Trid. sess. 25. de refor. 19. Alciat. 3. præsum. 9.

Ob Gratiam quod alicui conceditur, non est in eius dispendium retorquendum. c. quod ob gratiam. de R. I. in 6. c. ad apostolicam. de regular. can. charitatem. 12. q. 2. l. non eo minus. de procur. l. quod fauore. C. de legib. l. clarum. C. de auct. præst.

Gratio-

Gratiosè quod alicui conceditur, trahi non debet ab alijs in exemplum. c. quod alicui. de R. I. in 6. c. translato. de const. l. non possunt. de leg. l. 1 v. planè. de const. l. neq; Dorotheum. C. de decur. & l. nullus C. eod. lib. 10.

H

HAbilis & idoneus quilibet habetur. c. fin. cum gloss. & DD. de præsumpt. c. vn. de scrut. c. bonæ memoriæ. §. contra de elect. l. ab ea parte, de probat. l. seruos. de manum. testa. l. cum pater. §. rogo. de leg. 2.

Habitus non facit monachum. c. porrectum. & c. ex parte. de regular. c. consuluit. qui cler. vel vou. Trid. Sess. 14. de refor. 6. Nouell. De monach. arg. l. scientis. C. de ingen. manum. & l. si quis seruum. C. qui milit. possunt. lib. 12.

Hæretici postulare non possunt. c. nemo vel in foro. de pænit. 1. Dist. l. vlt. in pr. de postul.

Hæreditas regulariter ex testamento peti potest. c. placuit: & c. fin. 13. quæst. 2. Nouell. 12. §. atq; hoc primum.

Hæreditatis perdendæ pactum non valet. c. quamuis. De pactis in 6. l. fin. de suis & legit. l. pactum. C. de collation. V. Bolog. & Socin.

De Hæreditate viuentis certo modo inter paciscentes diuidendâ, non valet pactum. c. non est obligatorium. de R. I. l. de quæstione. C. de pact. V. Bolog. & Marf.

Homicidio opem aut consilium præstans, vt homicida tenetur. c. sicut dignum. §. illi autem. &

c. de cætero. de homic. l. qui occidit. §. pen. ad leg. Aquil. ff. ope. I. de oblig. quæ ex delict. & Clem. 1. v. defensam. de pæn.

In Honore substitutus, in onere succedit. c. rationi. de R. I. in 6. can. filijs ac nepotibus. 16. q. 7. c. per tuas. de maj. & obe. c. ex literis. de pignor. l. mortuo. de judi. l. filium. §. si à legato. de lega.

Hypothecam priorem habens præfertur habenti posteriorem. l. qui generaliter. & l. potior. qui pot. in pignor. c. qui prior. vbi gloss. de R. I. in 6. V. Bach. in tr. de pignor. & hypoth.

I

IGnorantia facti, non iuris excusat. c. ignorantia de R. I. in 6. c. si verò. de sent. excom. c. vlt. de iniur. l. non fatetur. de conf. l. si post diuisionem. C. de fact. & jur. ignor. l. cum putarem. famil. ercisc. V. Socin.

Ignorantia præsumitur, vbi scientia non probatur. c. præsumitur. de R. I. in 6. can. proposuisti. in fi. 31. q. 2. c. si verò. de sen. excom. l. veriùs. de probat. l. hoc autem. de adm. tuto. l. super seruis. C. qui mil. non pos. V. Andr. & Dec.

Ignorantiæ iustam causam habere censetur, qui in ius alterius succedit. c. cum quis. de R. I. in 6. l. qui in alterius. D. eod. t.

Illicitæ rei dans operam, & quod ex proposito deliquit, & de delicto inde secuto, punitur. c. fin. de homic. in 6. l. quoniam multa. C. de vi publ.

l. si

l. si quis aliquid. §. abortionis. de pæn. Vid. Marſ.

Impedimentum non præstat, quod de iure non sortitur effectum. c. non præstat. De R. I. in 6. c. congregatio. de elect. c. si compromissarius in 6. eod. l. dari. de V.O.l. 2. cum seqq. de opt. leg. l. statu. ʃ. vlt. de leg. 2. l. quod pupillæ. quan. die. leg.

Ad impossibile obligari nemo potest. c. nemo. de R. I. in 6. l. impossibilium. & l. ea quæ. D. eod. t. l. si stipuler. de V. O.

Impunitas continuum tribuit incentiuum delinquendi. l. si quis. C. de furt. c. vt clericorum. de vit. & hon. cler.

Impunitum relinqui facinus nocẽtis præstat, quàm condemnare innocentem. l. absentem. de pæn. no. in c. vlt. de postul. V. Tiraq.

Incertitudo causat tolerantiam contractus. c. nauiganti. de vsur. & l. si ea. C. eod. cum l. 1. C. de pact.

Infamibus portæ non patent dignitatum. c. infamibus de R. I. in 6. can. tantis Daniel. 6. dist. c. inter dilectos. de exces. præl. c. vlt. de testi. l. 1. & 2. C. de dignit. lib. 12. l. vn. C. de infam. lib. 10. l. infamia. C. de decur. lib. eod.

Infantes & pupilli delinquentes pæna ordinaria non puniuntur. c. 1. de delict. puer. l. de minore. §. pen. de quæst. Cle. 1. de homic. l. auxilium. §. in delictis. de minorib. Vid. Tiraq. & Marſ.

Infinitas toto iure est reprobata. cap. cum in multis. de re script. in 6. l. vlt. C. de SS. Eccles. l. vn. C. de sent.

Infirmitas corporis non impedit animi judicium. c. 1. de renun. c. si pre debilitate. de offic. deleg. l. 2. §. debilitas. da vac. mune. V. Deci.

Iniuriæ inde nasci non debent, vnde iura nascuntur. l. meminerint. C. Vnde vi. cap. qualiter & quando. Ext. de accusat. Trid. sess. 24. cap. 9. v. iniurias nasci.

Iniuriam nemini facit, qui iure vtitur suo. l. nullus. de R. I. c. cùm ecclesia. de elect.

Initijs, seu principijs ignoratis, ignorari oportet ea, quæ post principia sunt. can. cum Paulus. 1. q. 1. N. de no. alie. aut perm. reb. eccl. §. sin minus.

Inopia debitoris inanem reddit actionem. c. cum olim. & ibi glos. de rest. spol. l. nam is. de dol. mal.

Inscriptum si in crimen non sit, vel non legitimè, rei nomen aboletur. l. libellorum. §. quod si. de accusat. & l. si cui. eod. c. vlt. §. quod si libelli. 2. quæst. 8. c. super his. de accusat.

Instantia causæ, à contradictione & contestatione litis incipit. c. 1. de elect. in 6. Clem. sæpe. de V. S. l. properandum. de iudic.

Instrumenta, & alia acta, non possunt produci, nisi parte aduersa, vel præsente, vel citatâ. can. certa. 3. q. 3. l. iudices. vbi Bal. C. de fid. instr.

Instrumenta edere actori reus non tenetur. c. 1. de proba. can. vlt. §. qui intendit. 4. q. 3. l. 6. C. de testib. V. Clar. §. fi. q. 27.

Instrumentum producens omnia in eo contenta censetur fateri esse vera. c. cum venerabilis. vbi Felin. de except. l. 1. §. editiones. & ibi Ias. de

eden.

eden. & Bal. in l. si quis testibus. C. de testib. & Mascard. concl. 914.

Instrumentum publicum non reprobatur, nisi per tres aut quatuor testes. per l. cum precibus. C. de probat. & cap. cum Iannes. de fid. instrum.

Ad intellectum iuris communis quælibet dispositio referri debet. l. quæro. §. inter. loc. l. vt gradatim. de mun. & hono. l. 2. C. de nox. act. c. super eo. de offic. deleg. c. pastoralis de appell. c. cum dilectus. & c. ad audient. de cler. no. resid.

Interesse lucri cessantis petere potest creditor, qui solitus est lucrari, stante debitoris morâ. Bart. in l. vn. v. si verò C. de sent. quæ pro eo quod inter. & in l. nummis. v. quæro vtrum. de in litem iur. Abb. in c. conquæstus. de vsur. & in c. per vestras. de don. int. vir. & vxo.

Interesse probatur per solum iuramentum, si aliter neque at probari. l. si quando. C. vnd. vi. gloss. in l. 1. quod vi aut clam. in c. quater. de accusat. & in c. 1. quod met. caus.

Interrogatus in iure, si non responderit, in solidum tenetur. c. si post. de confess. c. præsentiū. §. præterea. De testib. in 6. l. de ætate. §. qui tacuit. de inter. in iur. fac.

Interpretari legem est illius, cuius est condere. c. sanè de offic. deleg. c. inter alia. de sent. excom. l. 2. C. de vete. iur. enucl. l. fin. C. de legib.

Interpretatio plenior in testamentis est facienda. l. in testamentis. de R. I. c. cum dilecti. de donat.

Inuentarium non conficiens, vltra vires hæredita-

tis tenetur. l. vlt. C. de jur. delib. N. 1. de hæred. & falc. §. summus. & §. si verò non. c. Raynaldus. §. pen. Ext. de testa.

Iracundia calore factum à culpa excusat: quia animi judicium impedit. c. vlt. de conuer. coniug. c. quicunq; §. diuortio. de pænit. 1. dist. c. cætero. 3. dist. eod. l. 3. vbi. gloss. de diuor. & repud.

Iudex suspectus recusari potest. c. vlt. 3. q. 5. l. 14. C. de judic. c. suspicionis. de offic. deleg. Vid. Mynf.

Iudex in sua causa nemo esse potest. l. vn. C. ne quis sua cau. l. qui iurisdict. præest. De jur. omn. jud. arg. c. postremò de appellat. & ibi DD.

Iudex qua de re cognouit, de eadem pronunciare debet. c. cum super. de causs. poss. & propr. l. qua de re. de judic. V. Socin.

Iudex opinionem communem, aut magis communem, sequi debet. c. 1. & c. ne innitaris. vbi Innoc. de const. l. athletas. vbi Bald. de his qui not. inf. V. Lancil. & Viui.

Iudex postquam judicauit, sententiam suam corrigere non potest: functus est enim officio suo. l. judex. & l. Paulus de judi. c. ex literis. & c. venerabilis. de offic. deleg. c. si compromissarius. de elect. in 6. V. Rip.

Iudex potest ex causa pœnam minuere, mutare, remittere. c. quoniam frequenter. c. fin. Vt lit. no. cont. c. qualiter. & quando. de accusat. l. hodie. de pæn. l. si verior. v. certis causis. & ibi Cor. C. ex quib. cau. inf. Mynf. 2. Obs. 64.

Iudex appellationis potest sententiam pro parte

infir-

infirmare, & pro parte confirmare. c. Raynutius & ibi not. de testa. l. Cornelia pia. De jur. patr.

Iudici resistere non licet. can. qui resistit. 2. q. 3. can. præsentiam. & ibi gloss. 7. q. 1. l. additos. C. de episc. audit. V. Cor. & Bolog.

Iudicare non aliter debet judex, quam legibus datum est. can. judicet. §. bonus iudex. 3. q. 7. can. summoperè. §. fin. 11. q. 3. c. pastoralis. §. quia verò. de offi. deleg. §. fin. I. de offic. iudic. l. illicitas. §. veritas. de offi. præsid. l. 1. §. sed & si. Ad leg. Cor. de fals. N. 82. §. omnis. V. Mant. sing. 451. & Couar. 1. varc. resol. 1.

Iudicijs in duplicibus, & communibus probationes vtriusq; partis admittuntur. c. ex literis. de probat. l. in his tribus. de iud.

Iurisdictionem contentiosam in territorio alieno quis exercere non potest. l. fin. de jur. omn. iudi. l. fin. de offic. præfec. vrb. l. 2. de offic. procon. c. fin. de const. in 6.

Iuris quod quisq; in alterum statuit, eodem ipse vti debet. D. tot. tit. quod quisq; ip. c. cum nobis. de decim. c. 1. et 2. de mut. pet. c. placuit. §. item. et c. si testes. §. si quis. 4. q. 3. V. Damas.

Iuris plus nemo potest in alium transferre, quam sibi competere dignoscitur. c. nemo potest. de R. I. in 6. l. nemo plus D. eod. can. Dalbertum. 1. q. 7. c. cum contra de pignor. l. exempto. de A. E. l. traditio. de adquir. rer. dom.

Iure suo qui vtitur, iniuriam nemini facit. l. iniuriã. de iniur. c. cum ecclesia. de elect. l. nullus. de R. I.

A Iure quæ communi exorbitant, nequaquam sunt ad consequentiam trahenda. c. quæ à iure. De R. I. in 6. l. quod contra. D. eod. c. sanè. de priuil. can. hinc est. 16. q. 1. l. 1. de const. prin.

Iuri suo semel cedens, repetere illud amplius non potest. l. postqnam liti. C. de pact. l. si quis. C. de reb. cred. can. quam periculosum. 7. q. 1.

Iurisperitus mutare consilium potest, si videatur expedire. can. certè. 12. q. 1. l. diui. de jur. patr. V. Bellon.

Iura juribus sunt concordanda. c. cum expediat. de elect. in 6. l. vn. C. de inoffic. dotib.

Iuramento in omni, semper intelligitur, excepta legis, et superioris authoritas. c. venientes. de jureiur. l. vlt. qui satisd. cogan. l. Imperatores. ad municipal. V. de Selua in tract. De iuram.

Iuramentum assumit naturam actus super quo interponitur. tex. in l. vlt. C. de non num. pec. l. sed etsi possessor. §. item si jurauero. de jureiur. c. quemadmodum. vbi Abb. Ext. d. t. Bal. in c. quæ in ecclesiar. de const. V. Bauer. in tr. de Iureiur.

Iuramentum obligat præcisè ad faciendum. gloss. v. necesse in l. si pecuniam. de cond. cau. dat. & v. obseruandum. in c. cum tempore. de arbitr. Bald. ad l. vn. cir. fin. C. de Sent. quæ pro eo quod inter. Abb. in c. veniens. de jureiur.

Iuramentum in alterius fauorem præstitum, potest ab eo remitti absq; nota periurij. c. 1. de jureiur. c. 2. de renunciat. c. 2. de Sponsalib. & ibi Canonistæ. l. fin. qui & à quibus. vbi legistæ.

Iura-

Iuramentum contra leges, aut bonos mores, non valet. c. non est obligatoris. de R. I. in 6. c. si diligenti. de for. comp. l. iurisgentium de pact. l. non dubium. C. de lega.

Iuramentum validat actum alias inualidum. c. pactum. de pact. in 6. c. licet. de iureiur. in 6. l. 1. cum Auth. C. si aduers. vendit. V. Mascar.

Iuramentum personale ad heredes transit. c. veritatis. de iureiur. vbi gloss. v. compellatur. l. 2. C. de reb. cred. vbi Bald. & in auth. Sacramenta puberum. C. si aduer. vendit.

Iurare si nolit actor, causa cadit. l. 2. quod si actor. de iura. propt. calum. sed reus pro confesso habetur. d. l. §. sin autem. N. 124. c. illo vtiq; c. vlt. §. fin. de iuram. calum. V. Lancil. in tr. de offi. præt. & Specula.

Iussus principis, aut iudicis, de illicito facit licitum. c. quod quis. de R. I. in 6. l. non videtur. §. qui iussu. D. eod. tit. l. & vtrobiq; Interpp.

Iustum vnum, propter aliud iustum, prohibetur. arg. can. habebat. 12. q. 1. can. deniq; 21. dist. l. officium. de rei vind. l. si finita. §. ex hoc edicto. De damn. infect.

L

LAudum habet præsumptionem pro se. c. nisi essent. de præben. l. 1. de leg. 2. Alciat. 3. præsumpt. 12.

Labor est remunerandus. l. fin. §. similiter. C. de alluionib. Ext. Com. declarationes. §. de stagnis. de decim.

Laboris impendens obsequium consequi debet stipendium seu salarium. can. Sacerdotes. in fi. 1. q. 2. can. charitatem, 12. q. 2. V. Cagno. in l. diem functo. De assessor. & Purpur. in tr. de assessor. l. 1. C. de adsessorib. & dom. & cancel. judic.

Lacrymę & preces calamitosorum flectere iudicem non debent. can. est iniusta. 13. q. 4. can. sunt plures. de pœnit. 3. dist. 1. obseruandum. de offic. præsid.

Priuatio præsupponit habitum. c. ad dissoluendam. de desp. impub. l. decem. de V. O. l. manumissiones. de l. & l.

Priuilegium neq; minùs strictè, neq; minùs largè interpretari oportet, ne grauem alijs jacturam adferat. c. ex tuarum de vsu pallij. l. 2. §. si quis. Ne quid in loc. publ.

Priuilegium personale sequitur personam, & cum ea extinguitur c. priuilegium. de R. I. in 6. l. priuilegia. D. eod. tit.

Priuilegio ad aliquid faciendum sibi dato contrauemiens, ei renuntiare videtur. l. 2. C. de iur. domi. impe. can. priuilegium. 13. q. 3. c. cum accessissent. de const.

Probatio incumbit affirmanti, non neganti. c. bonæ. §. porrò excessus. v. & quod citati. de elect. l. 1. de probat. l. eum qui. eod. & l. 1. C. d. t. V. Gabriel. & Mascard.

Probationes in criminibus esse debent clariores ipsa luce meridianâ. can. sciant. quæst. vlt. l. sciant cuncti. de probat.

Probationes in judicio summario factæ, non faciunt fidem in plenario. c. veniens. de testib. l. 1. cum gloss. quor. bonor. Bart. ad l. 2. §. hoc edicto. Vi bonor. raptor.

Proba-

Probationis plures imperfectæ ad plenam probationem faciendam conjungendæ sunt. l. curent. de testib. cap. si quis testium. Ext. eod. Felin. in c. cum causa. de probat. Bart. in l. 1. §. 1. v. item Cornelio de quæstionib.

Probationum facultas non est restringenda. l. quoniam. C. de hær. cap. quoniam. Vt lite non contesta. V. Mant.

Quod probo non reprobo. can. horrendus. 32. q. 5. can. dilectissimi 8. q. 1. c. per tuas. de probat. can. in istis. ac ibi Andr. 4. Dist. l. Pomponius. de nego. gest. l. generaliter. C. de non nume. pecun. §. semel. l. quib. ex cau. manu. non lic.

Processus super petitorio & possessorio simul factus, in casibus in quibus non admittitur concursus, valet parte non opponente. c. cum dilectus. de ordi. cogn. l. si mancipium §. 1. cum gloss. de euict. l. 2. C. comm. diuid.

Procurator rei conuenti, dominum defendere cogendus est. Clem. 1. de procur. l. 8. §. procuratore. D. eod. tit.

Procurator si mandatum legitimè factum non habeat, non admittitur. c. 1. de procur. c. procurator. de elect. in 6. l. 1. cum l. 3. §. procuratorem. Iudic. solu.

Procurator constitutus ad agendum, etiam ad defendendum constitutus intelligitur. c. in iudicijs. & c. non licet. de R. I. c. prudentiam. de mut. peti. l. seruum quoq; §. fin. de procur.

Procurator ad negotia indistinctè & quandocunq; aliun substituere potest. c. 1. §. fin. de procur.

l. si procuratorem §. si quis mandauerit. Mand. l. 1. §. fin. de offic. proconf.

Procurator siue judicialis, siue extrajudicialis non censetur reuocatus, nisi reuocatio fuerit intimata. c. ex parte decani. de rescript. c. mandato. De procur. l. si mandassem. Mandat.

Procuratoris contumacia regulariter domino non nocet. l. cum qui C. de procur. & c. 1. Vt lit. non cont. ac ibi Canon. nec factum quod in delictum aut dolum cadit gloss. in d. c. juncta l. si procurator. de cond. indeb. cum l. si procurator. de except. V. Hiltrop. par. 1. t. 21.

Prohibitio alienationis non impedit dominij translationem. l. filiusfam. §. Diui. de leg. 1. & l. qui absenti. §. 1. de adquir. possess. c. Raynaldus. in v. transferendæ. de testa. V. Gomez.

Prohibitum vnâ viâ, non debet aliâ admitti. c. cum quid. de R. I. c. 1. de cler. coniug. in 6. c. detestanda. de concess. præben. in 6. c. tuæ de procur. l. fin. C. si manc. ita ven. ne posti. l. scire oportet. §. si mater. de tutor. & cur. dat. l. 3. §. liberi. de bon. pol. con. tab.

Prohibitum quod non inuenitur, permissum videtur. c. 1. de procur. in 6. l. mutus. D. eod. tit. l. nec non. Ex quib. cau. maj. V. Dec.

Prohibetur cum quid, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo. c. cum quid. de R. I. in 6. c. pastoralis de appellat. can. eos. 8. dist. can. cum deniq; 3. dist. l. oratio. de Sponsal. l. cum lex. de fidejus. l. legem. C. de natu. libe.

Promissum omne, est jure debitum. l. 1. de pact. l. vn. C. de suffrag. l. non minorem. C. de transact.

ſfact. cap. 1. de donat. V. Nauar.

Propoſitum ſicut operatur in propoſito, ita in oppoſito operatur oppoſitum. l. fin. de leg. 3. l.]& ſi contra. de vulg. & pupill. c. ſciendum. 8. quæſt. 1.

Propter vnumquodq; tale, & illud magis tale. Auth. multò magis. C. de SS. eccleſ. l. quantò magis. de iurciur. l. non ſolum. ſ. 1. de vſucap. can. quæ contra 8. diſt. c. cùm Marthæ. de celebr. miſſar.

Proteſtatio actui contraria non releuat proteſtantem. c. cum M. Ferrar. de conſt. l. qui in aliena. ſ. Celſus. de acq. hæred. Iáſon. in l. ſi extraneus. eod. Felin. in d. c. cum. & Panor. in fin. c. ſolicitudinem. de appellat.

Proteſtatus quod quis dilucidè eſt voce propria, id in eundem caſum infirmare non poteſt proprio teſtimonio. l. generaliter. C. de non numer. pecun. cap. per tuas. Ext. de probat.

Q

QVæſtio de ſtatu alicuius, etiam poſt mortem eius habetur. c. cauſam. qui fil. ſint legit. l. principaliter. C. de liber. cauſ. l. quamuis. C. ne de ſtat. defunct.

Quadrimeſtre aſſignatur condemnatis ad ſoluendum poſt ſententiam. c. quo ad conſultationem. de re iudic. l. 2. & fin. C. de execu. rei jud. & not. Bal. in l. executore C. eod.

Qualis quis interius, per exteriora demonſtrari contingit. Clem. 2. de vit. & hon. cler. Extra-

pag. 2. de regular. l, si tamen. §. 2. de edil, edict. l. inciuile. C. de furt.

Qualitas esse non potest sine subiecto. l. 2. de vsufr. Clem. 1. & vlt. de ætat. & qual. c. magnæ. de vot. Trid. sess. 24. de refor. cap. 1. ver. qualitatibus.

Quantitas rei facit donum licitum aut illicitum. c. cæterum. de donat. l. solent. §. vlt. De Offic. proconsul.

Quantitate non determinata, si quid faciendum esse statuitur, boni viri arbitratu determinandum est. l. 1. iunctâ gloss. de jur. delib. & c. de causis. de offi. deleg.

Quot capita, tot sententiæ. c. sicut in sacramentis. de consecr. 4. dist. l. item si vnus. de arbitr. l. quia poterat. ad Trebel.

R

Ratificatio infra tempus, quo fieri potuit actus facta, valet. c. vt circa. cum gloss. v. adherente. de elect. in 6. tex. in l. bonorum. rem rat. hab. l. 1. de appell. recipien.

Ratihabitionem retrò trahi, & mandato non est dubium comparari. c. ratihabitionem. de R. I. in 6. arg. l. si ago. De nego. gest. l. communis. §. procurator. de acq. poss. c. cum quia de sent. excom. c. cum ad sedem. de rest. spol.

Ratum quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum. c. ratum. de R. I. in 6. c. pen. de sent. excom. in 6. l. si pupilli. §. sed si ego. de nego. gest. l. seruus. de precar.

Ratio

Ratio est anima legis. can. erit autem lex. 3. dist. l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. 2. l. 1. C. quæ sit long. consuet.

Ratio vbi est eadem, ibi ius idem constituendum. l. de quibus de legib. l. vlt. de inoffic. donat. l. illud quæsitum. ad leg. Aquil. c. dilecta. de confir. vtil. c. cum Marthæ. §. tertio de celebr. missar. c. translato. de const.

Reconuentio reo contra actorem coram eodem judice est concessa, tot. tit. de mutu. peti. l. cùm Papinianus. C. de sent. & interloc. can. accusatores. 3. quæst. 8. V. Lipski. 1. Obs. 6.

Regulæ semper est standum, donec probetur limitatio. c. ad decimas. de rest. spol. in 6. l. ex quacunq; si quis in ius voc. non ier. V. Andr.

Reipublicæ interest, ne crimina maneant impunita. c. vt famæ. de sent. excom. l. si ita vulneratus. Ad leg. Aquil. l. si operis. C. de pænis.

Rei vindicatio ibi competit, vbi res est, de qua contenditur. c. sanè. de for. comp. l. actor. C. Vbi in rem act. l. quod legatur. de judic.

Rei vindicatio longi temporis præscriptione eliditur. c. cum olim. de præscript. can. placuit. §. præscriptionum. 16. q. 3. l. 3. de præscript. long. temp. l. venditioni C. de vsucap. pro empt. l. 1. C. de vsucap. pro donat.

Relatione pendente, judex nec pronunciare, nec aliquid innouare debet. l. 1. v. non prius. C. de appellat. c. licet. de offic. lega. can. nomen. v. quod nec. 2. q. 1.

Relatione factâ, & responso accepto, lataq; ex inde sententia, appellatio denegatur. can. bi-

 duum.

duum. §. fin. 2. q. 6. l. vlt. quando appella.

Ante relationem edendum est consultationis exemplum litigantibus. cap. intimasti. de appell. l. 1. §. vlt. cum l. prox. C. de relat.

Remissioni non est locus in ciuilibus. c. Romana. §. contrahentes. de for. com. in 6. Bart. in l. hæres §. 1. de iud. & in l. sicut. §. fin. de accusat.

Renuciare juri suo pro se introducto quilibet potest c. ad apostolicam. de regular. gloss. in c. si diligenti. de for. comp. l. si quis in scribendo. C. de pact. gloss. in N. 94. Vt sine proh. mat. deb. & cred.

Renunciare juri suo præsumitur, qui facit illi contrarium. c. gratiam. De offic. deleg. c. cum venisset. de testam. c. fin. de vit. & hon. cler. l. 2. C. de jur. domi. impe. l. si filius. de minor.

Repetundarum accusatus fit infamis. l. 6. §. hac lege. ad leg. Iul. repetund. can. vlt. §. fin. 1. quæst. 1.

Repressaliæ vulgò pignorationes regulariter non sunt permissæ. c. vn. de jniur. & damn. dat. in 6. fac. tex. C. ne vxo. pro marit. & tit. C. ne fil. pro pat. V. LipsKi. 1. obs. 9. & Mynsing. 6. Obs. 1.

Rescriptum interpretari semper debet absq; præjudicio tertij. l. 2. §. si quis à Principe. Ne quid in loc. publ. Bal. circa l. ex facto. de vulgar. cap. 1. Vt lit. pendent.

Rescripti ratione licet, quod aliàs non liceret. l. nec auus. C. de emancip. l. causas. C. de transact. c. qualiter & quando. de accusat. c. cum te. de æta. & qual. c. porrecta. de confir.

Inre-

In rescriptis ordo scripturæ seruandus. c. cum dilecta. de rescript. can. si rector. 43. dist. can. cui grauibus. 3. q. 6. can. in primis. 2. q. 2. l. quoties. de vsufr. l. hæredes. ad Trebellian.

Rescriptorum verba secundum ius commune intelligenda. c. super quæstionem. §. si verò, & c. super literis. de offi. deleg. c. causam quæ. de rescript. l. si quando. C. de inoffic. testa. l. tutores. de confir. tuto. l. nec ordo. de solut.

Res inter alios acta, non præjudicat alijs. c. super controuersia. & c. pen. de re jud. l. sæpe constitutum. D. eod. tot. tit. C. res inter alio. act. V. Socin. reg. 4. Fel. ad c. 1. Vt lit. non cont.

Res denominatur ab auctore suo. can. quædam. 2. dist. §. capite I. de leg. Aquil. §. namq; I. de Actionib.

Res litigiosa alienari non potest. c. 1. de confess. vtil. vel inutil. tot. tit. D. de litigios. V. Mynsing. 1. Obs. 55.

Res omnis per quascunq; causas nascitur, per easdem dissoluitur. c. 1. de R. I. l. nihil tam naturale. D. eod. tit.

Res potiùs proprias, quam alienas, curare quisq; præsumitur. l. quæ seruandarum. de præscript. can. qui vult. de pænit. 3. dist.

Res vna ac eadem, diuerso jure censeri non debet. l. eum qui ædes. de vsucap. & ibi Bart. can. cognouimus. 12. quæst. 2. Soc. reg. 98.

Reo absente, nec causam cognoscere, nec sententiam ferre debet judex. can. accusatorem. 2. q. 8. cau. 3. q. 9. in pr. cum seqq. l. absentem. de pæn. l. inter accusatorem. de publ. judi. l. sic

quon-

quondam. ad leg. Iul. de adult. V. Maran.

Reo contumaciter absente, actor in eius bona mittendus est. c. tuæ fraternitatis. & c. quoniam, §. in alijs. Vt lit. non cont. c. fin. de eo qui mitt. in poss. l. 2. quib. ex cau. in poss. eat. l. consentaneum. C. quom. & quan. iud. sen. prof. l. eum qui C. de procur.

Inter reos nemo est recipiendus sine legitimo accusatore. c. 1. de accusat. can. nihil. 2. q. 1. can. dignum. 3. q. 9. §. 1. l. de publ. judi. l. 8. de accusat. & tit. C. de his qui accus. non poss.

Reus ibi regulariter est accusandus & puniendus, vbi crimen patrauit. l. vlt. de accusat. l. solent. de cust. & exhib. reor. l. 1. C. vbi de crim. agi. opor. c. 1. de raptor. can. Paulum. §. re vera. 2. q. 3. can. vlt. 3. q. 9. can. placuit. 6. quæst. 3.

Reus accusatorem corrumpens pro conuicto habetur. can. fin. §. in omnibus. 2. quæst. 3. l. vlt. de præuaricator.

Reus est absoluendus actore latitante. c. reprehensibilis. §. si autem. de appellat. cap. 1. de dol. & contum. in 6. Nouell. 53. in pr. Nouell. 68. §. cæterum.

Reus si citatus non venerit, agi in causa, & ferri sententia potest. c. 3. & 4. de dol. & cont. c. per tuas. de appellat. c. quoniam. §. porrò. Vt lit. non cont. l. & post. de iudi. l. 2. §. fin. C. vbi & quand. l. consentaneum. C. quom. in rem act. exerc.

Responsio debet fieri secundum interrogationem. c. inter dilectos. de fid. instr. l. si debitor. de interrogat. actio.

Ex

Ex responsionis varietate præsumitur dolus. c. 1. vt benef. ecclef. not. circa c. vlt. de jureiur. in 6. & l. 1. §. si quis simpliciter. de V. O.

Restitutio in integrum petenda ac decernenda est partibus præsentibus. c. cum ex litteris. §. tandem. deliberatio. De in integr. restit. l. in causæ. §. causæ autem. De minor, 25. ann.

Restitutio in integrum ab arbitro peti non potest. c. causa de in integr. rest. l. 3. C. vbi & apud quem cognit.

Restitutio in integrum non datur pro læsione modicâ. tex. in l. scio. de in integr. restit. l. 1. C. si aduer. vendit. pign. c. 1. & ibi DD. de in integr. rest. Bal. in c. cum adeo. de rescript.

Restitutionis beneficiũ præscribitur quadriennio continuo. c. 1. & c. prox. de restit. in integr. in 6. Clem. vn. eod. tit. l. vlt. C. de temp. in integ. restit.

Restituitur in integrum, si quid vi metusue causa factum est. c. abbas. de his quæ vi met. cau. c. quidquid enim de consecrat. 5. dist. l. 1. & 3. quod met. cau. l. vlt. C. eod. tit. V. Rip.

S

SAcra mysteria in priuatis oratorijs aut ædificijs fieri non debent. can. 1. §. si enim judæi. 1. dist. c. sicut non alij. c. hic ergo. & c. quicunq; ibid. Nouell. 57. Nouell. 131. §. si quis domi.

Sacra alienari non possunt. c. nulli. De reb. eccle. alie. l. iubemus. de SS. ecclef. §. Sacræ. I. de rer. diui.

Salutis

Salutis æternæ nemo præſumitur immemor. l. ſancimus. C. ad leg. Iul. repetundar. can. ſancimus. 1. quæſt. 7.

Scandali euitandi gratia fiunt, quæ aliàs non fierent. c. cum teneamur. de præben. Panor. poſt gloſſ. in c. conſiderauimus. in fin. de elect. l. qui eædem. ad leg. Corn. de Siccar.

Scriptura priuata cum teſtium ſubſcriptione tenet etiam defunctis teſtibus: l. ſcripturas. C. qui peti. in pign. N. 13. de fid. inſtr. §. ſi quis igitur. cap. ſcripta. Ext. eod. tit. V. Gabriel.

Scripturæ concordantur diſtinguendo tempora. can. ſi peccatum. 2. quæſt. 1. l. apud antiquos. C. de furt.

Scripturæ ſe ſubſcribens, præſumitur illam approbare. §. 2. I. de emp. & vend. l. ſi ergo. §. dotes. De jur. dot. l. ſi modo. C. famil. erciſc. c. ſi quis præsbyterorum & ibi gloſſ. de reb. eccle. non alie. V. Gabriel.

Scripturis cronicis creditur. c. cum cauſam. de proba. l. 1. de offic. præf. præt. Bart. ad l. 2. ſi cert. peta.

Sententiam ferre debet iudex ſecundum allegata & probata. l. illicitas. §. veritas. de offic. præſid. c. paſtoralis. §. quia verò. de offic. deleg. c. 1. de offic. ordin. & ibi DD.

Sententia non valet, ſi judex in ea ferenda fines ſuæ jurisdictionis exceſſerit. c. prudentiam v. mandati. de offi. deleg. c. vlt. §. item cum certa. 2. q. 6. l. 5. C. quand. prouoc. l. extra territorium de interdict.

Sententia regulariter facit ius inter partes. l. ingenuum

nuum de stat. homi. c. cum inter. de re jud. Canon. in c. quoniam contra. de probat.

Sententia sine præuia citatione lata, est ipso iure nulla. c. 1. de cau. poss. & propr. l. de vnoquoq; de re judic. Mynsing. 3. Obs. 71.

Sententia à non competente judice lata, non transit in rem judicatam. c. at si clerici. de judic. c. in primis. §. de persona. 2. q. 1. l. vlt. C. si à non compet. iud. l. extra. de jurisdict.

Sententia, seu res judicata parit tam actionem judicati, quam exceptionem rei judicatæ, & pro veritate accipitur. l. 1. C. de his qui propt. met. iud. no. appell. l. si contra. de appell. l. si pecunia. C. de re judic. l. res judicata. de R. I. can. 1. & can. nostri. 35. q. 9. c. cum inter. de re judic.

Sententia quæ in rem iudicatam transijt, est ab eo exequenda, qui illam tulit. c. quod ad consultationem de re judic. l. cum quædam puella. de jurisdict. Myns. 5. Obser. 68.

Sententia quæ neq; condemnationem, neq; absolutionem continet, nullius est momenti. c. fin. §. diffinitiua. 2. q. 6. l. 3. C. de sent. & interlo. cum l. ex stipulatione. eod.

Sententia per judicem appellationis confirmata, per ipsum est exequenda. gloss. c. pastoralis. v. discussa. de offic. deleg. & in l. si quis priorem. Ad Trebell. & in §. si quis priore. I. quib. mod. testa.

Sententia semper præsumitur justa & legitima. c. cum inter. de sent. & re iud. c. in præsentia. de renunt. l. Hærennius. §. mala. de euict. l. 2. §. solent.

solent. de hæred. vel actio. vendi.

Sententia debet esse conformis libello. c. licet. de Simon. l. in fundum. Commu. diuid. V. Vigel.

Sententia arbitrorum, omnium præsentiam requirit. c. vnô delegatorum. de offic. deleg. l. item si vnus. §. fin. cum l. prox. de recept. arbitr. V. Specul.

Sententia arbitrorum non valet, si non omnes, sed quidam judicauerunt. l. duo ex tribus. de re iud. l. sic & tribus. de recept. arbitr. c. vlt. §. item si plures. 2. q. 6. c. causam & c. fin. de offic. deleg.

Sententia per plures arbitros electos lata discordantibus summis, præualebit, quæ minorem summam continet. l. diem proferre. §. si plures. de arbitr. cap. 1. eod. in 6.

Sequestrum tollitur per iuratoriam cautionem. tex. in c. pen. de don. int. vir. & vxo. & ibi gloss. & in l. 1. C. de assert. toll. V. Mynsing 2. obser. 11.

Seruitium non præsumitur debitum, licet longo tempore sit præstitum. l. certis annis. C. de pact. l. si creditores. C. de vsur. l. obligationum. §. placet. de A. & O. l. litibus. C. de agricol. & censit. lib. 11. can. quia cognoscimus 10. q. 3. cap. peruenit. de censib.

Simoniacum est dare aliquid pro ordinatione, pro administratione pauperum, & hospitalium. can. quamuis. 23. q. 8. c. si quis omnem. 1. q. 7. Trid. sess. 21. de refor. 1. & sess. 24. c. 14. l. si quemquam. v. nemo gradum. C. de Episc. & cler. N. 6. §. 1. v. sed neq; pecuniijs.

Simpli-

implicitati & imperitiæ ſuccurritur. c. 3. de conſecr. 2. diſt. c. cum vniuerſorum. de rer. permut. l. cum de indebito. De probat. l. 1. §. vlt. de edend. l. quicunq; C. qui admit.

Simulatè quod concipitur, non tam valet, quàm quod in veritate agitur. tot. tit. C. Plus valere &c. l. ſi donationis. C. de contr. empt. l. actorum. D. de ſent. & re iud. c. cum int. Ext. eod.

Socius criminis teſtificari non poteſt. cap. venientes. de teſt. l. apertiſſimi. C. de iudic.

Solemnitas eadem in deſtruendo, quæ in conſtruēdo. c. 1. de R. I. l. nihil tam naturale. D. eod. l. heredes palam. §. ſi quid poſt. de teſta. l. 1. C. quan. ſic. ab empt.

Solitum quod eſt fieri, ſemper creditur fieri. c. dilectionis. 75. diſt. l. ſiue poſſideatis. C. de probat. l. cui denſ. de ædil. edict.

Solutiones tres vltimas & continuas probans, ſemper præſumitur antea ſoluiſſe. tex. l. quicumq;. C. de apoch. publ. lib. 11. legiſtæ ad l. ſi certis annis. C. de pact. Canoniſtæ ad c. literæ. de dilat.

Specialia duo non poſſunt concurrere circa idem. l. 2. C. de dat. promiſſ. can. ſingula. 89. diſt.

Specialiter quæ exprimenda, niſi ita exprimantur, pro neglectis habentur. c. quamuis. de præben. in 6. l. item apud labionem. §. hoc edictum. de iniur.

Spoliatus damna ſua probat per iuramentum taxatione iudicis prævia. l. ſi quando. C. vnde vi. cap. vlt. quod met. cau.

Spoliatus eſt reſtituendus ante omnia. can. redintegran-

tegrandæ. 1. q. 3. c. in literis. & c. ex conquæſtione. Ext. de reſtit. ſpoliat. l. ſi quis de ſe. C. ad leg. Iul. de vi. l. momentaneæ. C. vnde vi. V. Imol.

Sponſalibus renunciare ex cauſa licet. c. de illis de ſponſ. c. quemadmodum. §. quod ſi poſt. de iniur. l. 1. C. de ſponſa. l. 2. C. de repud.

Sterilitas ſuperueniens facit remitti penſionem. l. licet C. locat. & cap. propter. Ext. eod. tit. vbi Imola. & V. Couar.

Stilus & conſuetudo fori & curiæ eſt obſeruandus. c. ex literis. & c. fin. de conſuet. l. ſed ſine. §. lucius vbi Bart. de admin. tutor. & Bald. ad l. ne cui. C. de pæn.

Subſcriptio teſtium ſuper actis in judicio non requiritur. c. quoniam contra. de probat. Bald. in l. donatio. C. de donat.

Succedens in ius alterius, eo jure, quo ille vti debet. c. is qui de R. I. in 6. l. is qui in ius. l. aliud. §. fin. & l. non debeo. D. eod. c. Eleutherius. 18. q. 2. c. dilecti. de for. compet. l. cum heres. de diuer. temp. præſer. tex. I. de perpe. & tempo.

Succeſſionis futuræ pactum facere licet. l. vlt. C. de pact. l. ex eo. C. de inutil. ſtipul. c. nulla. c. ex tenore. c. relatum. de præben. V. Bologn.

T

TAcens conſentire videtur. c. qui tacet. de R. I. in 6. c. nonne de præſum. c. cum virum. de regular. c. 1. de accuſat. in 6. l. 4. §. fin. de fidejuſſ.

dejuss. l. 2. §. voluntatem. sol. mat. l. fidejussor. §. pater. de pignorib. V. Andr.

Tacens non fatetur, sed nec vtiq; negare videtur. c. is qui tacet, de R. I. in 6. l. qui tacet. D. eod. c. nihil prodest. de præsumpt. c. super eo. de cognat. spirit. l. 1. §. scientia. de tribut. l. si quis seruum. §. etiam. de pecul.

Taciti & expressi est eadem dispositio. l. cum quid. si cert. peta. & ibi communiter Legistæ, & Canonistæ ad c. nonne de! præsumpt.

Tempore qui prior, potior est jure. c. qui prior. de R. I. l. quoties. D. eod. c. 1. de maj. & obe. c. si pro te. de rescript. in 6. l. 1. cum l. prox. de alb. scrib. l. si fundo. C. qui pot. in pignor.

Temporis tractu non firmatur, quod de jure ab initio non subftitit. c. non firmatur. de R. I. in 6. l. quod ab initio D. eod. can. principatum. 1. q. 1. c. si tempore. De rescript. in 6. l. si expressim. de appellat. §. præterea I. quib. no. est. perm. fac. testa.

Temporis longinquitate præsumitur obliuio. c. longinquitate. 12. q. 2. l. qui in prouincia. §. 1. de ritu nupt. l. peregrè de acq. pos. l. Cællus. de vsucap.

Temporis diuturnitas non minuit, sed auget peccatum. l. obligationum. C. de A. & O. Nouell. Vt nulli iudic. §. 1. cap. non satis. de Simon. can. flagitia. 32. quæst. 2. can. consuetudo. 8. dist.

Tempus currit à tempore scientiæ & potentiæ. l. annus. de calumn. l. cum sex. de ædil. edict. l. cum proponas. C. eod. t. c. ex ratione. & c. su-

per eo. de appell. can. biduum. §. si aduersus 2. quæst. 6.

Temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum l. 5. de except. dol. l. licet. C. de except. cap. ante. de rescript. ac ibi. DD.

Extra territorium ius dicenti, impunè non paretur. l. fin. C. de iur. omn. iud. cap. fin. de const. in 6. can. propter. 18. dist. V. Mant. & Roman.

Testamentum pupillare paterni testamenti pars est. l. 2. §. ad causam. testam. quemad. appetian. c. 1. §. vlt. de testam. in 6.

Testis nemo idoneus in causa propria. l. omnibus. C. de testib. & l. nullus. D. eod. can. de cætero. Ext. eod. & cant. 4. quæst. 3. §. item nullus. V. Campeg. in tr. de testib.

Testium vbi periculum ex rationabili causa timetur, etiam lite non contestata ad testimonium admittuntur. c. 4. §. nos igitur. de confir. vtil. Nouel. de testib. §. quoniam multæ. & §. hæc verò. cap. significauit. de testib. l. Diuus de test. in integ. c. quoniam. vt lit. non contest.

Testes non in scriptis, sed viuâ voce, perhibere testimonium debent. can. testes. 3. q. 9. c. fin. §. altera. 4. q. 2. c. tua nos. de coh. cle. c. à nobis. qui matr. accus. poss. l. 3. §. idem Diuus. de testib. V. Campeg.

Testes non iurati, regulariter non faciunt fidem. l. iurisiurandi. C. de testib. c. tuis. Ext. eod. c. vlt. §. iurisiurandum 4. quæst. 2. Mynf. 2. obs. 80. & Campeg. ibid. concl. 119.

Testes esse non possunt regulariter parentes pro libe-

liberis, & è contra. l. parentes. C. de testib. l. testis idoneus. D. eod. tit. can. item testis. 3. quæst. 1.

Testificari potest iudex de actis in causa gestis. tex. cum gloss. & DD. in c. cum à nobis. de testib. Bart. in l. ne in arbitris. D. eod.

Testificari quis non potest in ea causa, in qua patronus, vel executor fuit. can. vlt. §. patroni. 4. q. 2. c. insuper & c. fin. de testib. in 6. l. vlt. D. eod. tit.

Testes duo regulariter fidem faciunt. l. vbi numerus. de testib. l. diem proferre. §. si plures. cum gloss. de arbitr. c. proposuisti. de probat. c. in nostram. de testib.

Testi vni regulariter non creditur. l. jurisiurandi. C. de testib. l. licet ex. eod. l. maritus. de quæstion. can. admonere. 23. q. 2. c. in nomine domini. Ext. de test. V. Socin.

Testi de visu magis credendum, quàm de auditu. l. testium. C. de test. l. conuenticulam. C. de episc. & cler. & ibi Interpp. & ad c. licet ex quadam. & ad cap. cum causam. de testib.

Testis non interrogatus, causam dicti sui, dicere non tenetur. gloss. in l. 1. de nou. ope. nun. & in l. solam. C. de testib. in c. cum causam. eod. & in c. sicut nobis de re judic.

Testes produci non possunt alij, attestationibus publicatis c. jurauit. de probat. c. cum venisset. §. quæstiones. de testib. Clem. testibus. eod. N. 90. §. quia verò.

Testes post didicita testificata, non possunt examinari super eisdem capitulis, vel directè contra-

rijs. c. fraternitatis. de teſtib. c. intimauit. eod. Clem. 1. eod. tit. Auth. At qui ſemel. C. de probation.

Teſtium examen ad perpetuam rei memoriam non recipitur, quandò ſtatim agi poteſt. Canon. in c. ſignificauit de teſtib. l. in cauſa. De minor. & tot. t. Vt lit. no. cont.

Timor vanus non patrocinatur meticuloſo. l. vani timoris. de R. I. c. cum dilectus. Quod. met. cau. & ibi gloſſ.

Titulum ſuæ poſſeſſionis regulariter nemo dicere tenetur. c. cogi. de peti. here. l. inciuile. C. de fruct. & lit. expenſ.

Titulus haberi non poteſt ex diuerſis cauſis. c. penult. de præſcript. l. 3. §. ex pluribus. de acq. poſſ. l. non vt ex pluribus. de R. I.

In toto partem non eſt dubium contineri. c. in toto. de R. I. in 6. l. in toto. D. eod. c. paſtor. de offi. deleg. l. ſi quis. De exce. rei iudic. Vid. Imol.

Turpitudinem ſuam allegans, non eſt audiendus. c. inter. de donat. c. propoſitum. de eo qui dux. c. ſuper quæſtionem de conc. præb. l. creditoribus. in fi. C. de Ser. pig. dat manum. l. tranſactione finita. C. de tranſact. l. alienas. de iureiur.

V

Quod non Valet vt ago, valet vt valere poteſt. c. nos quidem de teſtib. c. tuæ. de deſponſ. impub. c. abbate. de V. S. l. ſi tam anguſti. de ſeruit. l. Diuus.

Diuus. de vsu. & habit. l. si vnus. §. pen. De pact. V. Damas.

Variatio seu mutatio fieri non debet. c. quod semel. de R. I. l. apud Aufidium. de opt. leg. l. serui electionem. De leg. 1.

Vectigalia & pedagia noua sine consensu principis imponere non licet. c. innouamus. de censib. l. vectigalia. de public. vectig. & commiss. l. 2. cum l. prox. C. vectig. nou. inst.

Velle nemo videtur, quod non potest. c. cum à nobis. de sent. excom. l. Lucius. §. imperatores. ad municip. l. si tibi. de optio. legat.

Verba debent intelligi secundum communem loquendi vsum. c. quamuis de V. S. l. labeo. de suppell. legat. l. librorum. de leg. 3.

Verba deseruiunt intentioni, non autem intentio verbis. cap. intelligentia. de V. S. l. scire leges. D. de legib. V. Alex. & Bologn.

Verba cum effectu sunt intelligenda. c. relatum. de cler. non resi. Dist. 1. de pæn. §. hæc verba. l. pen. §. docerem. Ne quis eum qui. l. si quando. de legat. 1. l. 1. §. hæc autem. Quod quisq; iur.

Verba generalia debent generaliter intelligi. c. quoniam. de coniug. lepros. can. dilectissimi. 12. q. 1. can. Romanorum. 19. dist. l. si is qui. §. vtrum. de reb. dub.

Verba narratiua super contingentia facti non inducunt dispositionem. gloss. l. 1. C. quan. non pet. part. c. auditis. de elect. c. 2. de dol. & cont.

Verisimile quod est venit tantùm in generali dispositio-

positione c. in generali. de R. I. Canon. in c. si diligenti. de præscript. l. obligatione. de pignor, l. si vnquam. vbi Ripa. C. de reuo. donat.

Verum qui tacet, videtur committere falsum, can. quisq; 11, q. 4. c. 1. de crim. fals. l. Paulus. & l. qui testamenta. ad leg. Corn. de fals.

Via quod vna est prohibitum, admtti aliá non debet: cap. cum quid vna. de R. I. c. detestanda. de conces. præben. in 6. l. scire oportet. §. si mater. de tuto. & cura. dat. ab his. l. post mortem. §. hereditati. de bon. pos. cont. tabu.

Vicinus, coniunctus, consanguineus, præsumuntur scire facta vicini, coniuncti, consanguinei. c. quanto. & c. quosdam. de præsum. can. nulli. 54. dist. can. qui humanis. 12. q. 2. l. octaui. Vnde legit. l. de tutela. De in integr. rest. mino. l. si vicinis. C. de nupt. l. si ita. de fund. instr.

Victoria tertij pro suo interesse appellanti, regulariter prodest principali, contra quem sententia lata fuit. l. 1. & 2. C. si vnus ex plur. c. vna sententia. de appellat.

Victus victori in expensis condemnatur. l. fin. C. de fruct. & lit. expen. Bart. in l. si postulauerit. de adult. glo. in c. finem litibus. de dol. & cont. Vid. Marant. & Couar.

Vim vi repellere licet. l. 1. §. vim vi De vi & vi arm. l. vt vim. de I. & I. can. ius naturale. 1. dist. c. si verò. de sent. excom. Clem. vn. de homic. V. Zoanet. ad d. l. 1. & Dec.

Vincens vincentem te, multò magis vincet te. l. de accessionibus. §. 3. de diuer. tempor. præscr. c. veniens. de spons. c. auctoritate. de concef.

ces.

cess. præb. in 6. l. 6. de obligat. V. Gabriel.

Vincula duo magis ligant, quam vnum. c. 1. de treuga & pace. c. ficut. de sponsal. c. cum contingat, de jureiur. ac ibi Canon. l. balista. ad Trebell. Auth. itaq; com. de legat. l. cum scimus. C. de agric. & censf. lib. 11. & ibi Legistæ.

Vitium ex eadem radice natum, lege eadem tolli decet. l. si libertam, C. de nupt. can. si Christus. 1. q. 1. can. si quis peruersus. 22. quæst. 2.

Cum Vniuersitate transeunt, quæ aliàs non transirent. cap. cum de. jure. & c. cum seculum. de iur. patr. l. 1. de fun. dot. l. in modicis. de contr. empt. l. quædam. de acq. rer. dom.

Vnum qui excludit, videtur aliud includere. c. nonnè benè. de præsumpt. l. qui accusare. de accusat. l. cum prætor. de iudic.

Vnus duarum personarum vicem sustentare non potest. c. insuper. de testib. c. quia in tantum. de præben. c. can. singuli. 89. dist. l. nemo. C. de assessor. l. si plures de pact.

Voluntas coacta est voluntas. can. meritò. & ibi gloss. 15. quæst. 1. l. si mulier. §. penul. quod met. caus.

Voluntas hominis vsq; ad mortem est ambulatoria l. 4. de adim. legat. can. vltima. 13. q. 2. c. cum Marthæ de celebr. missar.

Voluntatis quæ sunt, à persona non separantur. cap. si gratiosè. de rescript. in 6. l. 4. Locati.

Voluntas testatoris, scripto præferenda. l. ab eo. de suppel. lega. l. si mihi. in fin. de leg. 1. l. cum de lanionis. §. asinam. de instr. lega. c. intelligentia, c. propterea. & c. in his. de V. S.

Voluntate in qua quis fuit, præſumitur in eadem durare. l. cum hic ſtatus. de donat. int. vir. & vxo. l. eum qui voluntatem. de probat. c. majores. de baptiſ. & eius effect. V. Alciat.
Vſucapio non procedit ſine poſſeſſione. cap. ſine poſſeſſione. de R. I. l. ſi poſſeſſione. de Vſucap. V. Ruin.
Vſus communis loquendi proprio ſignificatui derogat. tex. in c. ex literis. de ſponſ. c. quamuis. de V. S. l. cum de lanionis. §. aſinam. de fund. inſtr. l. labeo. de ſuppell. legat.
Vſusfructus in rebus vſu conſumptibilibus conſtitui proprie non poteſt. §. conſtituitur. I. de Vſufr. ac ibi Interpp. Extrauag. Ioann. Ad conditorem. §. quod autem. de V. S.
Vtile non debet per inutile vitiari. c. vtile. de R. I. in 6. c. à nobis. de Sacr. non iteran. c. vlt. de procur. l. ſi duobus. §. heres. de leg. 1. l. 1. §. ſed Pomponius. quod falſ. tuto. auto. l. ſancimus C. de donat.
Vtilitas publica eſt præponenda priuatæ l. vtilitas. C. de primipil. lib. 12. Auth. res quæ. C. com. de lega. l. vn. §. fin. C. de cad. toll. can. ſcias. 7. q. 1. c. bonæ. de poſtul. prælat. c. niſi. de renunciat.
Vtilitatis publicæ gratia ius introductum mutari non poteſt. c. ſi diligenti. de for. compet. l. ius publicum. de pact. l. teſtandi. C. de teſta. l. neq; pignus. §. priuatorum. de R. I.
Vxor pro marito ſuo non poteſt eſſe teſtis. gloſſ. c. ſi teſtes. §. idonei. 4. q. 3. & §. pater. in ver. in ea re. Inſt. de teſta. & in l. ſed ſi quis. Si quis

caut.


cautt. l. 2. C. de testib.

Vxor ex bonis mariti adquisiuisse præsumitur, quicquid adquisiuit constante matrimonio. l. Quinctus. de don. int. vir. & vxo. l. etiam. C. eod. tit. c. significauit. Ext. eod. V. Mynsinger. 2. Obser. 92. & Gabriel.

Vxorem suam potest vir judicare corrigendo, non autem verberando. can. sicut. cum not. 7. q. 1. can. duo ista. 23. q. 4. l. consensu. C. de repud. N. 117. Vt liceat. matr. & aui. §. si quis autem. V. Rom.

FINIS.

L. D. V. Q. M.



DISSENSIO
IVRIS VTRIVSQ;

Arist. 2. Rhet.

Contraria juxta se posita magis elucescunt.

AD STVDIOSOS Iuris.

FRANCISCVS GVIDOTTVS.

SApientia, non multis pauca comprehendit, ſed paucis multa. Pythagorico huic effato, Ius noſtrum conſonat, dum ingeminat: non multis, ſed efficacibus, opus eſſe. *can, non mediocriter. de conſecr. 5. diſt. juncta l. 3. §. contrarium. C. de vet. iur. enucl.* Nempè

Qui fructuoſa,nō qui multa,ſcit,ſapit.*Aeſc hyl'.* Et perſuadet Demetrius Cynicus: plus prodeſſe, ſi pauca præcepta teneamus, ſed illa in promptu, & in vſu ſint; quàm ſi multa quidem diſcamus,ſed illa non habeamus ad manum. *Senec. 7. de benef. 1.* E plurimis ergo (quas videre eſt apud Collectores infrà memoratos) ſufficiant paucæ Canonum atq; Legum Diſſenſiones, quarum notitia non parum commodi allatura eſt futuris Iuriſperitis. Quamuis enim pro deciſione caſuum & quæſtionum, ad ius Rom. recurratur vltimò, cedit tamen generali conſuetudini ei deroganti, aut æquiori

Iuri

Iuri Canonico. *V. Gudel. 1. de iure nouiss. 13. cir. fin. & in fine c. 3. lib. 3,* Ideò Communes Regulas distinctè indicantes, quando necesse alterutrum sequi, in ipso principio collocaui, vt quasi Hermes in biuio dubitantem & hærentem lectorem dirigant. Scire iuris scita, non hoc est, verba tenere, sed vim earum ac potestatem, illamq; ad opus conferre. Appositè Sophocles:

Non, quod putas te scire, scis; si vsus deest.

Et nihil prodest cognitio, nisi & actio subsequatur. *Lact. 6. c. 2.* Hi sunt Gemini illi, qui nauigantibus Iurisprudentiæ æquor tranquillitatem annunciant, cum velis remisq; omnibus indubitatum sibi portum attendunt. Talibus vtroq; oculo Iupiter annuit, Mercurius dirigit, ipsa Minerua manum & mentem ijs, & cum ijs mouet. *I. Lips. miscel. 3. epist. 52.* Vos ego sic eruditos cupio, vt in isto Legum & Canonum conflictu, non spumas, sed vndas resilientes ingenio æstimetis; & non sonitum, sed impulsum subsidentem, judicio pendatis. Hoc erit, ex paucis multa colligere, in paruis magna scire, & per Vtrumq; Ius sapere. Satagite.

NO-

NOMENCLATIO AVCTORUM qui differentias Ciuilis, & Canonici Iuris collegerunt.

Bartholomæus Cæpolla. *Hieronymus Zannettinus.*
Bartolus de Saxoferrato. *Nicolaus Bellonus.*
Galuanus Beneuentanus. *Prosdocimus de Comitib'.*

ELENCHVS Auctorum hoc in opere citatorum.

Quæ mutilata solent Lectorem sæpè morari,
Hic primò Auctorum nomina tota damus.

Mantua.
Monticulus.
Mopha.
Negusantius.
Nauarrus.
Oinotomus.
Perez.
Pels.
Plaza.
Purpuratus.
Panormitanus.
Pinellus.
Palæottus.
Rebuffus.
Riminaldus.
Ripa.
Speculator.
Socinus.
Surdus.
Simanca.
Sardus.
Tuldenus.
Textor.
Tiraquellus.
Villalobos.
Vasquez.
Viuius.
Vigelius.
Voltzius.

RE-

REGVLÆ COMMVNES indicantes

Quando Canonibus, aut legibus standum sit.

I. IN materia *peccati*, & vbi periculum *animæ* vertitur, Ius Canonicum semper præferendum est Iuri Ciuili.

II. In materia *Sacramentorum*, in causis *spiritualibus*, & ecclesiasticis, seu ad forum ecclesiæ spectantibus, semper & vbiq; est obseruandum Ius Canonicum.

III. In materia *causarum piarum*, & concernente illas, Ius Canonicum sequi oportet.

IV. In materia *indifferenti*, vel *politica*, vtrumq; Ius locum habet in suo foro.

V. In materia *iure ciuili indifinita*, sed *Canonico definita*, standum est huic in vtroq; foro. Quod vice versâ procedit, nisi Ciuile esset contra ius diuinum, vel bonos mores.

VI. In materia de *iure ciuili dubia*, & de *Iure Canonico clara*, huic adhærendum, etiam in foro ciuili: & è contra, nisi diuino iuri, bonis-

bonisue moribus repugnaret.

VII. In *dubio*, si leges & canones inter se non discrepent expresse, nequaquam discordia, quin imò concordia, est inducenda.

VIII. Ius ciuile à canonico, & Canonicum à Ciuile, declarationem, restrictionem, & extensionem recipit.

Hæc tibi, mi lector, retinendæ mente tenaci;
Ni miscere velis Iura profana sacris.

DISSENTIENTES Sententiæ, & Regulæ.

Significatur per (I. C.) (I. P.) *Ius* (Ciuile. (Canonicum.

Absentia.

I. C. Aduersus absentem non procedit criminale judicium lite non contestata, per l. absentem. De pæn. l. ne diu. C. eod. & l. 2. De requir. reis. V. Lancill. in tr. de offic. prætor.

I. P. Procedit, vt in c. veritatis. De dol. & cont. vbi Glossa, quæ obijcit, distinguit, & soluit. gloss. in can. de accusatoribus. 3. q. 9. & in can. de illicita. 24. q. 3. fac. c. quoniam. §. porrò. Vt lit. non cont. & c. vlt. De arbitr. in 6. V. Foller. in prax. crim. can. cap. 10. num. 28.

I. C. Quod per absentiam factum, quatenùs reuocandum, distinguitur in l. fin. De in integr. restit. in l. quia. C. de procur. in l. sed & si. §. 1. Quib. ex caus. maj. junctâ l. 1. C. eod.

I. P. Simpliciter reuocatur, vt per cap. Bertholdus. & cap. tenor. De sent. & re judic.

Absentia arbitri. vid. inf. Arbiter.

Absentiæ causa num sequestratio. Vid. Sequestratio. & Contumacia.
Absentia mariti. vid. inf. Nuptiæ.
Absente parte si facta confessio. Vid. Confessio.

Accusatio.

I. C. Accusandi, seu denunciandi, necessitas nemini imponitur: vt est tit. C. Vt nemo inuit. ager. vel accusar. cogat. vbi Diodor. Tuldenus, & Ant. Perez. & Angel. Aret. ad rubr. I. de act.

I. P. Denunciare quis tenetur, non solùm crimen commissum, verum etiam committendum. c. ad dissoluendum. de desponsf. impub. c. penul. de cognat. spirit. tendit enim ad correctionem. c. super. De accusat. ad quã ex charitate tenemur. c. per. de præsumpt. V. Foller. in pract. can. cap. 4.

I. C. Laici suam, aut suorum iniuriam, ciuiliter aut criminaliter prosequi possunt. l. vlt. de priuat. delict. tot. tit. I. de iniur. & D. eod. tit. ac vtrobiq; Interpp. Farinac. lib. 1. quæst. 12. per l. 22. C. de furt. Menoch. 2. Arb. 262.

I. P. Clericis in sua, vel suorum prosequenda iniuria ciuiliter tantùm accusare licet. Gloss. ver. laicos. in c. laicos 11. q. 7. c. cum sit generale. De for. compet. & c. prælatis. de homic. in 6. V. Panorm. in c. cum P. Manconella. de accusat. & Foller. in prax. crim. can. cap. 4.

I. C. Ad accusandum se inuicem non admittuntur, frater, soror, parentes liberi, præsertim de magno & capitali crimine. l. si magnum.

cum

cum l. prox. & l. si sororem C. de his qui accus. poss. l. vn. C. de emend. propinq. & hoc ob vinculum sanguinis, quod inter eos est. Farin. 1. quæst. 12.

I. P. Accusant se inuicem de hæresi. c. literas. de præsumpt. Qui enim veritatem deprauare volunt, etiamsi sint coniunctissimi, nec audiendi, nec ferendi sunt. can. legi. 13. q. 8. & q. 5. can. si audieris. & c. diaconi. 93. Dist. Et hoc in fidei fauorem. c. accusatus. §. licet. de hæret. in 6. can. nos. §. sed licet. & c. seq. 6. q. 1.

I. C. Ab accusatione non repellitur infamis infamia facti. l. qui accusare, & ibi Bart. de accusat. & Farinac. d. q. 12.

I. P. Repellitur. Canonistæ communiter in c. 1. de accus. & in c. omnipotens Deus. eod. Nam qui trabem gestat in oculo, festucam de oculo fratris non potest eruere. Glos. v. legitimus. d. c. 1. & est tex. can. multi. 1. q. 1.

I. C. Accusatore non probante, reus est absoluendus, etiamsi nihil probet in contrarium. l. sciant. C. de probat. l. qui accusare. C. de edend. Ias. & Aret. ad §. omnium. I. de Act. Speculat. de probat. §. probare.

I. P. Accusatus nec conuictus, ad purgationem compellitur: vt patet ex toto tit. De purg. canon. & c. de hoc autem. de Simon. Vt nimirum infamia & scandalum tollatur. c. præsbyter. & seqq. 2. q. 4. Clem. 2. de pænit. & remis. & innocentia legitimè ostendatur. c. 3. de testi.

I.C. Vna ex diuersis eligitur actio & nominatur. l. non est nouum. de A. E. l. habebat. de I. A. l. item si. §. final. Negot. gest. l. duobus. §. colonus. De jureiur. l. 1. & l. edita C. de eden. Gabriel. lib. 2. de Act. 2.

I.P. Exponitur simpliciter factum, & cumulantur. c. dilecti fili. de judic. c. quærelam. de elect. c. 1. de mutu. petit. c. literas. De præsumpt. c. pastoralis. de except. Quia lites minuendæ, & a laboribus releuandi subiecti. c. de appella. in 6. V. Gomez. in c. dispendia. De rescript. in 6.

I.C. Concurrat si quæstio status cum principali causâ, pertractantur coram eodem judice, licet non posset alioquin cognoscere de illa principaliter. l. 3. C. de re jud. l. 3. C. de ordin. iudic. Quia cui commissa est cognitio causæ alicuius, censentur eidem concessa omnia eo pertinentia argum. l. 2. de Iurisdict.

I.P. Causa natalium in petitionem hereditatis incidens, expeditur apud judicem ecclesiasticum (quia pendet à matrimonio) ac dein hæc coram judice seculari. c. 3. de ordin. cognit. c. lator. Qui fil. sint legit.

I.C. Ex diuersis in personam actionibus, vnus ac idem apud diuersos judices conueniri potest. l. 1. & 2. Quib. ex cau. in poss. eat. l. cognitio. cum l. prox. De lib. cau. l. nulli. C. de iudic.

I.P. Non potest. c. fin. de rescript. & c. dispendia. in 6. eod. Quia malitia litigantium debet

compe-

compesci. Clem. vnic. de sequest. c. quantò. De diuort.

I. C. Ex pacto nudo nequaquam oritur actio. I. Iurisgentium. §. quin imo. De pact. l. legem. C. eod. §. personam. Inst. de action. V. Socin. reg. 9. Forcat. necyom. jur. dialog. 69.

I. P. Oritur. c. 1. cum seqq. de pact. & eod. in 6. & ibi communiter Canonistæ. Villalob. com. opin. lit. A. sunt enim pacta seruanda. d. c. 1. vt anima à peccato præseruetur. gloss. in d. c.

I. C. Qui agit publicianâ credit se non esse dominum. §. namq; I. de action. & ibi Commentar. l. sicut. de præs. xxx. vel xl. annor. l. 9. §. 4. de publician. Bacho. 3. disput. de Action. 21.

I. P. Non est locus huic actioni, quia omni tempore requiritur bona fides. c. vigilantis. c. fin. de præscript.

I. C. Rescissoriâ actione rem nostram, quasi non vsucaptam vindicamus. §. rursus. I. de action. ac ibi Oinot. & Bacho. disput. 3. de action. 26.

I. P. Locum non habet, quod illo tempore non currit præscriptio. can. prima actione. 16. quæst. 4.

I. C. Familiæ herciscundæ actio judici ex bono & æquo permittitur, §. quædam. I. de Action. vbi Oinot. vel Sorti committitur. l. si duobus. C. com. de leg. & fid. l. meminimus. C. quib. & quand. quar. par.

I. P. Major facit diuisionem bonorum, & minor habet electionem. per c. si episcopus. De paroch. & alien. paroch. vbi Panorm. & Mynsinger. 4. Obser. 37.

I. C. Finium regundorum actio non tollitur, nisi spatio triginta annorum. tex. in l. fin. C. fin. regundor.

I. P. Spatio xl. annorum fines præbendarum præscribuntur. c. ex literis. de probat. & ibi Canonistæ. Parochiarum autem, & episcopatuum, nullo tempore præscribi possunt. c. super eo. De paroch. cum ibi not.

I. C. Rei vindicationem directam non habet, qui pecuniâ alienâ rem emit nomine suo. per tex. in l. si ex eâ pecuniâ. & l. si vt proponis. C. de rei vind.

I. P. Secus est. per c. cum tu. De vsur. cum gloss. v. possessiones. c. inquirendum. de pecul. clericlor. can. 1. & 2. cau. 12. quæst. 3.

I. C. Pœna plus petentium re, vel causa, de qua in §. si quis agens. Inst. de Action. & l. 2. C. de plus petitio.

I. P. Non obtinet, eò quod sportulæ recesserunt ab aula. c. cùm ab omni. De vit. & hon: cler. vnde triplum peti nequit, sed fit condemnatio in expensas. cap. vni. De plus petitionib.

I. C. Actiones ciuiles ex delictis in heredem non transeunt, nisi lite cùm defuncto contestatâ. §. non autem. ver. pænales. vbi gloss. Inst. de Action. vbi Iason. & Aretin. Criminales nec heredi, nec in heredem, dantur. l. fin. C. si reus vel accusat. mort. fue. l. ex judiciorum. De publ. judic.

I. P. Indistinctè tenetur heres in solidum, tam in contractibus, quam in delictis; siue aliquid ad illum, peruenerit, siue non; & siue lis conte-

I. C. Legatum rei alienæ, quam suam credebat testator, valet, & debetur. l. cum alienam. C. de legat. §. non solum, & §. quod autem. l. eod. l. si domus. §. de euictione de leg. 1. vbi Iason. Menoch. 2. de arbitr. iud. 2. cas. 146.

I. P. Non debetur. c. filius noster. De testam. can. si episcopus. 12. q. 2. Bal. ad l. 1. C. de SS. Eccles. Quia lege Dei, non autem lege huius seculi viuimus: ait tex. d. c. filius. ac ibi Couar.

Legatus.

I. C. Legatus principis ad prouinciam aliquam destinatus, viuere debet sumptibus Fisci. Nouell. Vt nulli iudic. & N. de mandat. princ. §. illud tamen.

I. P. Legati, & Nuntij Sedis Apostolicæ aluntur procurationibus, quæ ab ecclesijs, & prælatis

 sine

sine grauamine subministrari debent. Ne longi temporis victum breuis hora consumat. c. cùm Apostolus. c. accedentes. de præscript. c. cùm instantia. & c. procurationes. de censib. fac. Trid. Sess. 24. De refor. 3. v. interimq; caueant.

I. C. Legatus principis postquam dixit sententiã, desinit esse iudex. Functus est enim officio suo. l. iudex posteaquam De re iudic.

I. P. Legatus Papæ sententiam à se latam, ipse potest mandare executioni intra annum. c. quę renti. De offi. & pot. iud. deleg.

Legitima.

I. C. Filius fideicommisso vniuersali grauatus à patre, vnicam tantum detractionem habet, vel Quartam Trebellianicam. l. 6. C. ad Trebell. l. 24. C. famil. ercisc. Auth. nouissimo iure C. de inoffic. testam. N. de restit. §. quamobrem.

I. P. Detrahere potest duas quartas, videlicet legitimam, tamquam æs alienum, & quasi debitum iure naturæ liberis; & Trebellianicam, tamquam debitam hæredibus grauatis. c. Raynutius. & c. Raynaldus. de testam. & ibi Boet. Epo. & Ant. Perez. ad d. t. C. ad Trebell. num. 11.

I. C. In casu Auth. Si qua mulier. C. de SS. Eccles.

Legitimatio.

I. C. Liberi ex solutâ nati, vt per subsequens matrimonium efficiantur legitimi, dotalia instrumenta requiruntur. §. fin. I. de nupt. & ibi glos.

instru-

v. instrumentis. l. 10. C. de natural. N. Quib. mod. nat. effic. sui. V. Lud. Sard. in tr. de legitim.

I. P. Nullis etiam interuenientibus instrumentis, ea legitimatio procedit. Non enim instrumentis, aut doti hoc beneficium datum, sed matrimonio subsequenti, quod etiam absq; dote, & solo consensu, consistit. c. cum apud. De sponsalib. c. fin. de spon. duor. l. vlt. C. de donat. ante nupt.

I. C. Liberi ex matrimonio opinato nati, existimantur spurij. l. ignorans. C. solut. matr. & quemad. dos pet. l. in liberæ de ritu nupt.

I. P. Censentur legitimi, quamquam re vera matrimonium inter eos non constiterit. c. 2. & pen. Qui fil. sint legit. Sufficit enim bona fides alterutrius parentis, vt filij dicantur legitimi. vt not. ibid. glos. V. Gabriel. 6. de legitimat. 3. conclus.

Libellus.

I. C. Auctor famosi libelli pæna infamiæ notabatur. per tex. l. lex Cornelia. in §. 9. de iniur. & famo. libell. l. ob carmen. de testam. Iure nouo, & auctor, & qui evulgauit, capitali supplicio afficitur. l. vn. C. de famo. libel. ac ibi DD. V. Fran. Balduin. De Fam. libel.

I. P. Tale facinus flagellis, & verberibus coercetur can. qui in alterius. 5. q. 1. & interdum excommunicatione, & depositione. can. quidam maligni. eod. Inueniens autem huiusmodi libellum, si manifestauerit, pænam auctoris meretur. can. si quis libellum. ibid. Quia culpam

 facien-

facientis habet, qui occultare negligit. arg. c. facientis. 86. Dist. V. Plaza. de deliᶜ. c. 3.

Liberi.

I. C. Naturales censentur, qui ex vnica concubina, eaq; domi retenta, nati sunt. l. si quis. De ritu nupt. l. pen. & vlt. vbi Bart. De concub. N. Quib. mod. nat. effi. legit. §. si quis.

I. P. Naturales dicuntur nati ex parentibus, inter quos poterat iniri coniugium, etiamsi mulier non sit retenta domi in schemate concubinæ. c. innotuit. de elect. c. tanta. Qui filij sint legit. c. per venerabilem, & ibi Panor. eod. A Bauo. in prax. §. accusatio.

Lis.

I. C. Lite nō contestatā ad sententiam definitiuam peruenire non licet, præterquam in causa appellationis. l. fin. §. illud. C. de appellat. vbi Legistæ.

I. P. Licet in causa matrimonij, & in electionibus. c. 1. & c. quoniam. §. porrò. Vt lit. non contest. Quia plura sunt specialia in causis, tum carnalis, tum spiritualis matrimonii. vt not. glo. ver. seruetur. d. c. 1. & ver. electione. d. §. porrò.

Lite non contestata. &c. vid. dict. Absentia.
Liti qui se offert &c. vid. dict. Hæreditas.

Ludus.

I. C. Ludus aleæ permittitur in conuiuio. l. fin. De aleator. noxius tamen prohibetur. l. nam. ludus. Ad leg. Aquil.

I. P. Ad aleas, & taxillos ludere, & huiusmodi ludis interesse, præsertim clericis interdicitur. c. inter dilectos, de exces. prælator. c. pen. de vit. & hon. cler. can. 1. dist. 35. Concil. 2. Later. & Trid. sess. 24. de refor. 12. v. lusibusq; & 22. eod. 1. v. aleis. Ab omni enim specie mali præcepit Apostolus abstinere. c. cum ab. de vit. & hon. cler. vt nemini dent vllam offensionem. Trid. sess. 14. de refor. in proem. & sess. 22. de refor. 1. v. Leuia delicta. V. Clar. in pract. §. Ludus. & Troyl. de Maluetijs, item Steph. Costa in tr. De Ludo.

Magistratus.

Habet magistratus secularis executionem gladij, non autem ecclesiasticus: ceu sup. in dict. Gladius: & inf. dict. Pœna.

Maleficium.

De maleficijs, & incantationibus, infr. dict. Sortilegium.

Matrimonium.

I. C. Aetas legitima ad matrimonium est pubertas, quæ ex numero annorum æstimatur. l. mi-

norem. de ritu nupt. l. fin. C. quan. tuto. esse des. & in pr. l. de nupt.

I. P. Non tam ex annis, quàm ex habitu corporis. Certum est enim puberem esse eum, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit. c. 1. &. 2. De despon. impuber.

I. C. Coacta voluntas, cùm sit voluntas: matrimonium metu contractum, non est ipso iure nullum; sed per actionem quod metus causa rescinditur. l. 22. de ritu nupt. & l. 21. De eo quod met. cau.

I. P. Est ipso iure nullum. Quia matrimonium solo consensu contrahitur. c. cum apud. De Sponsal. Vbi autem metus, vel coactio intercedit, ibi consensus excluditur, & libertas, quæ vel maximè debet esse in matrimonio. c. Gemma. d. t. Trident. Sess. 24. De refor. matr. c. 9. c. cùm locum. vbi Abbas. d. tit. Couar. 2. De spons. 3. §. 8.

I. C. Filius ad contrahendum matrimonium cōpelli à patre non potest. Filia verò obsequi tenetur, nisi maritus prorsus indignus obtruderetur. l. sed verò quæ. & l. prox. de sponsal. l. non cogitur. De ritu nuptiar.

I. P. Consensum filiorum liberum requirit. d. c. cum locum & c. requisiuit. eod. c. 1. de desponf. impuber. Filia tamen ex petita magis debet videri à viro, quam cum ipsa expetiuisse: ac ideò electionem mariti parentibus deferre debet, ne appetentiæ procacioris existimetur. can. honorantur. 32. q. 2.

I. C. Consensus parentum in matrimonio requi-

ritur,

ritur. l. nec filiam. C. de nupt. l. nuptiæ. De ri tu nupt. l. in sponsalibus. §. 1. de sponsal.

I. P. Nequaquam de necessitate, sed ipsimet liberi contrahere liberè possunt, absq; parentum consensu. Trid. Sess. 24. De refor. matr. c. 1. & 6. can. sufficit. 2. q. 2. c. nostra. 30. q. 5. can. omnis. & can. fin. 32. q. 2. Couar. 2. de Spons. 3. §. 8. A Costa. in l. cum tale. §. si arbitratu. & Viui. 1. com. opin. 124.

I. C. Inhonestum visum est, vinculo pænæ matrimonia obstringi, non æquè arrharum. l. Titia. §. idem respondit. de V. O. l. 2. & penul. C. de spons. & arrh.

I. P. Sicut sponsio pænæ non valet, ita nec arrharum. d. c. Gemma. de Sponsal. c. inter corporalia. De transact. Et hoc ideò, ne libertas matrimonij impediatur.

Matrimonium cum rapta: vid. inf. dict. Raptus.
Matrimonium viduæ: inf. dict. Vidua.
Matrimonij separatio. inf. dict. Repudium.

Meretrix.

Videatur supra sub dictione: Fornicatio.

Militia.

I. C. Militia armata, palatina, vrbana permittitur vt ex l. 6. De re iud. l. 1. C. de iur. & fact. l. 14. C. de aduoc. fisc. tit. D. & C. de re milit. t. C. de princ. agent. & De palatin. sacrar. & De curialib. Rom. & De aduocat. & De procurat.

I. P. Clerici, ne quidem contra infideles militare debent; multò minus ſecularibus ſe negotijs implicare. c. ex multa. De vot. can. qui paganum 50. Diſt. can. contrarium. de pænit. 5. Diſt. c. 1. 2. 4. Ne cler. vel monach. ſecul. Trid. ſeſſ. 22. de refor. 1. v. ſecularibus negotijs. Nam militum Christi eſt, Chriſto ſeruire: & aſſiduè ſacris vacare: can. reprehenſibile. 23. q. 8. can. ſacerdotibus. 31. Diſt. Cumq; mundo mortui ſint monachi, Deo viuere in monaſterio debent. can. placuit. 16. q. 1.

Monachus.

An monachi ſint à tutela excluſi: videatur inf. ſub dict. Tutor.

Mulcta.

I. C. Mulctarum ſeuera compendia ærario principis protinus inferuntur. l. 5. C. de mod. mulct. quæ iudic.

I. P. Quæruntur habenti querelam, & ignominiam aut iniuriam paſſo. c. ſi quis in atrio. c. ſi quis contumax. in fin. & c. ſeq. De pænit.

Mulier.

I. C. Feminæ ab omnibus officijs, ciuilibus vel publicis remotæ ſunt. l. 2. de R. I. vbi Dec. & alij Reguliſtæ. l. fin. C. de recept. arbitr. & ibi Perez. n. 4.

I. P. Arbitrium ſuſcipere poſſunt, ſi juriſdictionem

nem de jure, aut de consuetudine habeant. c. electi. De arbitr. & c. cum dilecta. De confirm. ac vtrobiq; Canonistæ.

I. C. Procuratorem agere in judicialibus non possunt l. alienum. C. de procur. vbi Interpp. & ad d. l. 2. de R. I.

I. P. Non repelluntur simpliciter, sed auctoritate superioris admittuntur. d. c. cum dilecta. De confirm. can. deuotissimam. 12. quæst. 2.

I. C. Mulier testis esse potest in ciuilibus, & criminalibus; non autem in testamento. l. qui testamento. §. mulier. Qui testa. fac. poss. l. quæ accusare. De accusat. Clar. in pract. §. vlt. qu. 24. Farinac. 59. quæst. 23. cum seqq. numm. Gomez. de delict. cap. 12.

I. P. In criminalibus nullo modo admittitur; nisi procedatur per inquisitionem, vel per denunciationem. c. tam literis. c. super eo. De test. c. cætero. eod. can. mulierem. 35. quæst. 5. Quippe varium, & mutabile testimonium semper fæmina producit. c. forus. in fin. De V. S. V. Gomez. tom. 3. var. resol. c. 22. & Viui. 1. opin. 382.

Noui operis nunciatio.

I. C. Factâ nunciatione, debet ædificans, vel subsistere, quoad ius ædificationis examinetur; vel pergere, datâ de demoliendo satisdatione. Quã neglectâ, etiamsi iure suo ædificarit, tamen contra interdictum fecisse videtur, ac ideo destruere cogitur. l. prætor. & l. stipulatio. De nou. ope. nun. vbi Bologn. et alij.

I. P. In

I. P. In optione nunciantis est, vel intra tres menses de præiudicio ostendere, et vt ab opere pars interim cesset; vel permittere statim vt ædificetur cautione de destruendo receptá. Quâ non obstante, si non iure sit ædificatum, tenetur ædificans præjudicium probare volentem per trimestre expectare. c. is cui opus. c. significantibus. Extr. eod. tit. et Boich. ad c. si is cui. eod.

Nuptiæ.

I. C. Nuptiæ inter collaterales ad quartum vsq; gradum sunt prohibitæ exclusiuè. vt I. de nupt. et De gradib. cognat. ac ibi Interpp. sed

I. P. Inclusiuè. c. progeniem. de consang. et affinit. Trid. sess. 24. cap. 3. et 4. Ratio prohibitionis est, vt charitas inter fideles propagetur. can. 1. et 2. cau. 35. quæst. 1.

I. C. Mulier post quinquennium absentiæ viri sui, si incertum sit, num adhuc viuat captiuus, alteri nubere potest. l. 6. de diuor. N. 22. §. sed etiam. Si dicatur in bello perijsse, post annum nubere potest, seruatâ formâ Auth. Hodie. C. de repud.

I. P. Cùm matrimonium non dissoluatur, nisi per mortem. c. pen. et vlt. De secund. nupt. Et hæc in facto consistat, probanda erit. c. 2. de const. in 6. et postmodum nubere poterit, cui voluerit. c. in præsentia. De Spons. et matr.

Mulier nubens intra annum luctus. videatur: Vidua.

In nuptijs contrahendis, quorum consensus et qualis.

qualis. vid. ſup. dict. Matrimonium.

Pactum.

I. C. Pactum de non ſuccedendo quamquam iuramento firmatum non valet. l. 3. C. de collat. Gabriel. 3. de iur. dot. V. Vigel. in tr. De Pact.

I. P. Valet. c. quamuis in 6. de pact. Bald. ad l. pactum quod. C. eod. tit. Couar. par. 3. relect. §. 4. c. quamuis.

I. C. Ad validitatem pacti non exigitur ſcriptura. l. pactum quod bona. C. de pact.

I. P. Videtur requiri. Bellon. hic. per cap. pactum de V. S.

Pactum filiæ de non ſuccedendo patri, dote accepta: Vid. ſup. dict. Dos.

Ex pacto nudo an oriatur actio: ſup. dict. Actio.

Pater.

De patria poteſtate, vid. dict. Dignitas, et Poteſtas.

Pater num teſtis pro filio. ſup. dict. Filius.

Patrem accuſat filius. ſup. ſub dict. Accuſatio.

Patris conqueritur filius. ſup. dict. Iudicium.

Pignus.

I. C. Pignoris datio earum rerum, quæ non ſunt in commercio, prohibita cenſetur. l. 1. §. 2. Quæ res pign. l. 3. C. eod. V. Bachou. in tr. De Pignor.

I. P. Res

I. P. Res ſacræ, vt calices, patenæ, ornatus eccleſiæ, et aliæ huiuſmodi, vrgente neceſſitate, obligari poſſunt. c. 1. de pignor. can. habenti. 12. q. 2. Habet enim aurum eccleſia, non vt ſeruet, ſed vt eroget, et neceſſitatibus ſubueniat. can. aurum. ibid. V. Abb. ad d. c. 1. Couar. 2. Var. reſolut. 16.

I. C. Antichreſis vbi contracta facit vt creditor fructus ex pignore conſequatur. l. 8. Quib. ex cau. pig. vel hypoth. l. 1. et l. ſi is. §. 1. juncta l. creditor. De pignor. et hypoth.

I. P. Fructus ex re pignorata perceptos cogitur creditor imputare in ſortem. c. 1. 2. 8. De vſur. Alias vſuram contraheret. d. c. 1. et c. illo vos. De pignor. et ibi Boich. V. Neguſant. et Bachou. in tract. de Pignorib.

Pœna.

I. C. Promiſſione dandi ſub pæna facta, ſi vel pars non detur, tota pæna debetur. l. hæredes. §. in illa. Famil. herciſc. l. ſtipulationem. §. fin. de V. O. l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. Si quis caution. V. Alciat. et Ripa. ad d. l. 4. de V. O.

I. P. Opponi poteſt exceptio aduerſus exigentem pænam c. ſuam. De pæn. facit et c. conſtitutus. eod. tit. ac vtrobiq; not.

De pæna matrimonio adjecta: ſup. dict. Matrimonium.

I. C. Pæna mortis, et abſciſſio membrorum magiſtratibus permiſſa eſt. l. ſolent. de offic. procon. l. 1. de offic. eius cui mand. eſt juriſd.

I. P. Cum

I. P. Cum omnis vltio sanguinis sit clericis interdicta, vbi fit mentio mortis, aut abscissionis membrorum, debet intelligi de morte spirituali, hoc est, excommunicatione. tex. in c. per venerabilem. cir. fin. Qui fil. sint. legit. Abb. ad c. 1. De furt. Quæ est extremum Ecclesiæ supplicium. c. cum nobis. De judic.

De pæna perpetui carceris: vid. sup. Carcer.

Positiones.

I. C. Positio negatiua de rigore juris non est admittenda. l. actor. C. de probat. & ad h. t. Perez. num. 8. & 9. Quia non probat directè: sed de æquitate.

I. P. Admittitur. Glos. in cas. c. 1. De confessis. in 6. & in ver. negatiuas. Cum enim in positione debeat admitti, quod admitteretur in probatione: debet illa etiam negatiua admitti, quia in locum probationis venit.

I. C. Reus non respondens positionibus actoris, damnatur quidem in expensas, sed causam non amittit. l. properandum. §. sin autem. C. de judic. l. post edictum. eod.

I. P. Cadit causa: quia pro confesso reputatur. Glos. v. reus. in c. 2. De confes. in 6. Bart. in l. 1. De vulga.

Possessio.

I. C. Iudicare de sola possessione non potest; qui ad cognoscendum de proprietate constitutus est.

eſt. l. ſi de proprietate. C. ſi à non comp. iudic. vbi Tuld. & Perez. Sunt enim diuerſa.

I. P. Hoc poteſt, etiam ſimpliciter delegatus. c. paſtoralis. de cauſ. poſſ. & propr. c. 1. de Sequeſtr. vbi Canoniſtæ.

I. C. Appellari non poteſt à ſententia ſuper poſſeſſorio l. vn. Si à momen. poſſeſ. ſue. appel. Gail. 1. Obſ. 7. & 147. Mynſ. 6. obſ. 13.

I. P. Poteſt. c. ſignificauerunt. De teſtib. c. ex conquaſtione. De reſt. ſpol. Bald. in c. paſtoralis. §. præterea. De offic. iud. deleg. Menoch. remed. 4. adipiſc. poſſ. q. 100. Couar. pract. quæſt. 23. cap.

Poteſtas patria.

I. C. Durat hæc omnem per ætatem, niſi filius fuerit emancipatus, aut pater moriatur: ceu ex tit. Inſt. Quibus mod. ius pat. pot. ſol. ac Interpp. ibi.

I. P. Soluitur poſt adultam ætatem. Quare poſſunt contrahere matrimonium, præſtare iuramenta, ſuſcipere officia &c. can. puella. 22. q. 2. can. tribus. 23. q. 3.

Præſcriptio.

I. C. Præſcriptio, hoc eſt, longi, & longiſſimi temporis exceptio differunt. l. diutina. C. de præſcr. long. temp. l. vlt. C. de vſucap. pro hæred.

I. P. Quoad rationem tituli non diſtinguuntur. Nam vtrobiq; cauſa poſſeſſionis probari debet. c. du-

c. dudum. de decim. c. si diligenti. De præscr. c. licet. De probat. V. Bellon. hic

I. C. In præscriptione sufficit bona fides ab initio. l. I. §. hoc tantummodò C. de vsucap. transf. l. sequitur. §. de illo. De vsucap. Imò in præscriptione xxx. annorum, ne quidem ab initio requiritur. l. 3. cum ll. prox. C. de præsc. xxx. vel xl. ann.

I. P. Omni omninò tempore. Quoniam omne quod non est ex fide, peccatum est. c. fin. De præscr. & ibid. Abb. & Felin. Couar. in Reg. possessor. p. 2. §. 11. & var. resol. I. c. 9. Gail. 6. Obs. 8. & Myns. 4. Obser. 6. V. Balbum tr. de præscr.

I. C. In seruitutibus continuam causam non habentibus duplicatum tempus requiritur. per l. fin. C. de Seruit. & l. si constituta. Quemad. seru. amit.

I. P. In omnibus, siue continuam, siue discontinuam causam habentibus, præscriptio XL. annorum sufficit c. de quarta. De præscr. & c. cùm ecclesia. De caus. poss. & propr. & ibi Canonistę.

I. C. Præscriptio xx. annorum omnes delictorum accusationes, & pænas tollit. l. querela. C. de fals. l. ait prætor. ad leg. Aquil. l. omnes. & l. cùm notissimi. C. de præsc. xxx. vel xl. ann. Clar. §. fin. quæst. 51. Farinac. I. quæst. 10.

I. P. Nulla temporis præscriptione obstante, procedi potest in causis matrimonialibus, alijsq; spiritualibus, in quibus animæ periculum vertitur. c. quicumq; 81. dist. can. ecce. 24. q. 3. Abb. & Felin. circa c. licet. De probat. V. Diaz

in

in prax. c. 139. & Foller c. 4. n. 73.

Procurator.

Quæ procuratoris ætas: sup. in dict. Aduocatus.
Mulier num procurator: sup. sub dict. Mulier.

I. C. Prælatus in causa ecclesiæ suæ procuratorem ante litem contestatam constituere non potest, per l. neq; C. de procur.

I. P. Potest. per cap. petitio. De procur.

I. C. Antequam aliquis mandatum habeat acceptum, dici procurator non potest, & expressim illud acceptare tenetur. l. filiusfam. §. inuitus. De procur. Quia est officium voluntarium. l. inuitus. C. eod.

I. P. Illud tacitè acceptare sufficit; vt simpliciter recipiendo chartam procuratorij. Glos. final. in Clem. 1. De procur.

I. C. Procurator propter infamiam repelli non potest. §. fin. vbi Oinot. Inst. de except. & DD. in l. 2. C. de dignit. lib. 12. Gloss. in l. 1. §. ait prætor. v. certis. De postulan.

I. P. Talis non admittitur. can. infames. 3. q. 7. can. quia episcopus. 5. q. 3. glos. v. idonæum. in c. imperator. De jura. calu. Spec. tit. De procur. §. 1.

Pubertas.

Pubertas vnde æstimetur. vid. sup. dict. Matrimonium.

Raptus.

I. C. Rapta nubere raptori non potest. l. vn. §. fin.

autem

autem C. de rapt. virg. ac ad eum tit. Tulden. & Perez.

I. P. Recentiori poteſt. tex. in c. penul. De raptor. nec dicitur rapta, ſi fuerit abducta matrimonij cauſa. c. 6. eod. tit. Secundum ius nouiſſimum, ſi à raptore ſeparata, & in loco tuto ac libero conſtituta, illum in virum habere conſenſerit, matrimonium ſubſiſtit. Trid. Seſſ. 24. de refor. matr. cap. 6.

I. C. Rapta ſi raptori nupſerit, priuatur bonis illo ſibi donatis. Ne ſcilicet lucrum capiat ex delicto. l. vn. C. de rapt. virg. N. de rapt. muli. quæ rapt. nub.

I. P. Rapta ea bona non amittit. gloſ. in can. de puella. 36. q. 2. V. Couar. de matr. part. 2. c. 3. §. 9. Cum enim lex ciuilis per ius canonicum abrogata ſit, etiam pæna ſublata cenſetur.

Repudium.

I. C. Accuſanda eſt mulier de adulterio, priuſquã à marito repudietur, qui illam poſt quinquennium accuſare non poteſt. l. miles. De adulter. N. vt lic. mat. & aui. §. quia non. vbi Cuiac.

I. P. Ad ſeparationem thori agere poteſt, etiam poſt quinquennium. c. tuæ. De procur. can. admonere. 33. q. 2.

I. C. Multis ex cauſis libellum repudij, & ſolutionem matrimonij permitti, patet ex l. conſenſu C. de repud. & diuor. N. de nupt. §. diſtrahantur. N. vt lic. mat. vel aui. §. quia verò. & ad vtramq; Cuiac.

I. P. Non dissoluitur quoad vinculum, nisi morte naturali. Quos enim Deus coniunxit, homo non separet. can. Ebron. 23. q. 2. can. lege. 10. Dist. Hæc Dei lex est, supra quam non est lex Imperatorum, sed subtus. V. Panor. in c. ex quæstione. De restit. spoliat. & in c. cum sit generale. De for. comp. V. Trid. Sess. 24. de Sacr. matr. per tot. Quoad thorum autem dissolui potest ex causis propositis in can. dixit dominus 32. q. 1. c. omnes. ead. cau. q. 7. iunctâ gloss. can. si quis vot. 27. q. 1. & c. quæsiuit. de diuort.

Res judicata.

I. C. Sententia, siue in ciuilibus, siue in criminalibus lata, transit in rem judicatam. l. 1. §. pari De lib. exhib. l. 3. §. vlt. De pignor. toto tit. De re judic. ac ibi DD.

I. P. Causa matrimonij numquam transit in rem judicatam, sed retractari potest, errore sententiæ comperto. c. lator. de Sent. & re judic. c. fraternitatis. De frig. & malef. can. graue. 35. quæst. 9.

Rescriptum.

I. C. Clausula, *si preces veritate nitantur*, ad validitatem rescripti expresse requiritur. l. fin. C. de diuer. rescript. ita communiter DD.

I. P. Sufficit, si tacitè intelligatur. c. 3. De rescript. ita communiter Canonistæ.

Resti-

I. C. Spoliatus omnibus bonis, ante restitutionem auditur. l. si te. C. de iur. deliber. V. Soc. reg. 123. Marſ. ſing. 11.

I. P. Non auditur, sed ante omnia est restituendus. c. conquærente. de restit. spoli. & c. 1. cod. in 6. c. cum dilectus. De ordin. cognit.

I. C. Pendente quæstione, *vtrum restitui quis debeat*, nihil est innouandum. vt D. Nihil nou. in integr. rest. pend.

I. P. Sententia prius dicta mandabitur executioni acceptâ cautione, quod si restitutionem habere locum constiterit, vt omnia retrò mandentur. c. sciscitata. De in integr. restit.

I. C. Petitio restitutionis aduersus temporis lapsum, infra quadriennium proponi debet, si læsionis tempus maius est quadriennio. l. petendæ. C. de temp. in integr. rest. sin autem minus, infra tantum tempus, quantum læsionis existit. l. fin. De minor.

I. P. Infra quadriennium, alioquin secus. c. 1. de restit. in integr. & ibi Abbas. V. glos. v. iure minoris. in cap. 3. d. t.

Sacrilegium.

I. C. Committitur, si res sacra de loco sacro auferatur. l. Diuus. ad leg. Iul. pecul. Bart. in l. si nondum. C. de furt. Clar. lib. 5. §. sacrilegium.

I. P. Sufficit alterutrum: fit enim non tantum si res sacra è loco sacro, vel non sacro, auferatur; sed

ſed etiam ſi res non ſacra è loco ſacro. can. ſacrilegium. c. quiſquis. & c. ſi quis contumax. 17. q. 4.

Scholaris.

I. C. Scholares ſi alicubi per decem annos commorentur, de foro illius loci cenſentur. l. 2. C. de incol. lib. x. Tanto enim tempore domicilium adquiritur, vt ibi Perez. & V. Rebuff. de priuil. ſchol.

I. P. Clerici ſi de licentia ſuorum prælatorum aliò proficiſcantur ad ſtudia, parochiani fiunt epiſcopi ad cuius eccleſiam ſe contulerunt. c. relatum. De cler. non reſid:

Sententia.

I. C. Iudex appellationis non poteſt committere cauſam, & reſeruare ſibi ſententiam. Auth. ad hæc. C. de jud.

I. P. Poteſt. c. ſuper quæſtionem. §. inuentionis. De offic. delegat. Quò judicialis auctoritas liberius exerceatur. tex. ibid. & lites citiùs finiantur. arg. c. vlt. de arbitr. in 6. quæ pænitus immortales fieri non debent. Extr. Comm. vlt. §. nos qui. De præb. & dignit.

I. C. Vtrum in perſonam domini, an procuratoris concipiatur ſententia, refert. l. 1. de Sent. & interl.

I. P. Hæc differentia non obſeruatur. c. ſopitæ. De cenſib. c. ſciſcitata. & c. licet cauſam. De in integr. reſtit.

I. C. Sententiá lata, vno ex arbitris absente, nec citato est. nulla. l. si in tres. & l. sicuti. De arbitr.

I. P. Aliter obseruatur. vt ex c. 2. eod. t. in 6.

De sententiâ legati Principis, & Papæ: sup. sub dict. Legatus.

Sententia definitiua ante litem contestatam non pronuncianda: sup. dict. Lis.

Sententia lata post decem dies transit in rem judicatam, vid. sup. Res judicata.

Sepultura.

I. C. Lex erat XII. tabularum: In Vrbe ne sepelito: neue victo: ne facito rogum. Quare corpora mortuorum extra ciuitatem, supra vel infra terram, sepelienda. l. mortuorum. C. de religio. l. 3. §. sepulchri. & §. D. Hadrianus. cum §. prox. De sepulch. violat. Et non oportet ornamenta cum illis condi. l. & si quis. §. 5. D. d. t.

I. P. In parochiali ecclesia, vel vbi sepulchra majorum, vel in loco delecto, ritu consueto sepeliuntur. c. placuit. 13. q. 2. c. 1. de Sepult. c. is qui. & c. licet. eod. in 6. Et quidem intra terram in tumbis profundis, iuxta Const. Pij. V. incip. Cùm primum Apostolatus. Et episcopi cum pallio suo. c. 1. de vsu pallij. & ibi in rubr. Abbas. Et sacerdotes cum vestibus sacerdotalibus. Idem in suis Disput. 3. q. 7.

Sequestratio.

I. C. Sequestratio non fit propter contumaciam.

per l. vnic. C. de probat. V. Menoch. 2. de arbitr. judic. 1.

I. P. Fit. vt in c. ex literis. de dol. & contum. & in c. cum dilectus. De sequest. poss.

Seruitutes.

Quanto tempore præscribantur, & vsucapiantur, habetur sub. dict. Præscriptio, & Vsucapio.

Sors, & Sortilegium,
Maleficium.

I. C. Cum sors in se non sit mala, multis modis licita, & vtilis videri potest. l. cùm prætor. l. sed cum ambo. De judic. l. ex eo. De testam. l. si duobus. C. comm. de legat. l. si qui sunt. Famil. ercisc.

I. P. In electionibus ad officia ecclesiastica, est prohibita. c. ecclesia vestra. De Sortileg. Quia potest cadere super indignum; & tentatur Deus. In temporalibus non prohibetur, melius tamen est abstinere; ne sub hac specie diuinationis ad antiquos idolatriæ cultus redire videamur. c. sors. §. his ita. 26. q. 2. V. Abb. ad d. c. ecclesia.

I. C. Incantationes ad finem mali facientes sunt puniendi; non si ad finem boni faciant. Itaq; consulere sortilegos, & maleficos licet, pro sanitate ægris restituenda, & maleficia amouenda, per l. eorum. C. de malef. & math. vbi Bart., & post eum a Bauo in prax. crim. V. Tiraquel. ad ll. Connub. q. 14. glos. 1. & Dec. ad c. ad audientiam. de rescript.

I. P. Talibus vti minimè licet. tex. can. admoneant. 26. q. 7. Panor. in c. 2. De Sortil. Couar. sup. c. quamuis pactum. 1. p. §. 1. n. 10. Quia non sunt facienda mala vt consequantur bona. can. is autem. c. ne quis. c. faciat. 22. q. 2. Et præstat cruciatus in corpore, quàm in anima experiri. cap. fin. De sortileg.

Sponsalia.

I. C. Assertioni aut testimonio vnius non creditur. l. jurisjurandi. C. de testib.

I. P. Ob denunciationem honesti viri, asserentis sponsos sibi inuicem esse affines, matrimonium prohibetur. c. cum in tua. De spons. & matr. Item solius matris. c. super eo. 22. De testib. & attesta.

I. C. Possunt sponsi sibi inuicem renunciare. l. in potestate. C. de sponsalib. etiam altero eorum inuito. & ibi Perez. num. 14. & 15. juncta l. 10. D. eod. tit.

I. P. Desideratur mutuus contrahentium dissensus. c. 2. & c. 7. de despons. impuber. Quia quisq; potest remittere, quod sua interest, ac suo juri cedere. c. ad apostolicam. de reg. & l. si quis in. C. de pact. Etiamsi fuerint jurata. Panor. ad d. c. 2. & Couar. De sponsal. cap. 5. part. 1.

I. C. Pars dissoluens sponsalia arrhas amittit, aut acceptas reddit in duplum. l. 3. & l. fin. C. de sponsalib. & Perez ibid. num. 15. & 16.

I. P. Diuersum est. ceu ex c. Gemma. Ext. eod. tit. & sup. sub. dict. Matrimonium.

Stipulatio.

I. C. Stipulari alteri nemo potest. l. stipulatio ista 38. §. alteri. 17. De V. O. l. quo tutela. §. fin. De R. I. l. 1. C. per quas person. §. si quis alij & §. alteri. ac ibi Aretin. Inst. de inutil. stipul. & l. vt inter. C. eod. tit. Rebuff. ad l. vnic. C. de sent. quæ pro eo quod interest. & Ripa ad l. 1. de V. O. V. Tiraq. in tr. de const. 3. par. 30. lim.

I. P. Valet stipulatio alteri facta, quia attenditur obligatio naturalis tantum. c. 1. de pact. glos. can. quoties cordis. 1. q. 7. Abb. in c. constitutus. de procur. V. And. de Besetis. ad l. 1. C. de sacr. eccles.

I. C. Qui aliquid sub pænâ in stipulatione contentâ promittit, quod in dando consistit, si aliquid dare omittat, ad totam pænam tenetur. per l. stipulationem. l. in exceptione. & l. fin. De V. O. Quia in stipulatione pænæ inspicitur, quæ sit quantitas. d. l. 38. §. 17.

I. P. Secus est. per cap. suam. De pænis. ac ibi Canonistæ.

Stuprum.

I. C. Stuprans virginem absq; vi, relegatur; vi adhibita, capite plectitur. §. 4. & §. fin autem. vbi Oinot. & alij. I. de publ. judic. l. 6. §. 1. Ad leg. Iul. de adult. V. Lancil. in tr. de offi. prætor. tit. de stupro. & Clar. in prax. §. stuprum.

I. P. Illam dotare, aut ducere in vxorem tenetur, alioquin excommunicatur. Sed si pater illam tradere nuptui recuset, ad dotem dumtaxat astringitur.

gitur. c. 1. & 2. de adulter. Clericus ad dotem compelli, & deponi potest. Abb. ad dd. ce. Gomez. in l. 80. tauri. num. 7.

Successio.

De pacto de non succedendo: sup. dict. Pactum.

Suspectus.

I. C. Suspicionis causam non est necesse proponere nominatim coram judice recusato; sed sufficit dicere, iudicem esse suspectum. l. apertissimi. C. de iud. vbi præter glos. communiter DD. Myns. 2. Obs. 52. Gail. 1. Obs. 33.

I. P. Necesse est nominatim justam causam coram eodem judice assignare, & quidem in scriptis. c. cum speciali. c. secundo requiris. §. tertiò. De appellat. c. suspicionis. De offic. judic. deleg. c. quoniam. de probat. Quod ideò prouisum, ne frustratoriæ recusationis obtentu, examen judicis declinari possit. d. c. cum speciali.

I. C. Suspectus judex non potest recusari, sed episcopus illi adiungitur. Auth. Si verò. C. de jud. Nouell. 86. §. Si verò 2. V. Io. Iac. Laurent. in tr. de judic. suspect. Sed secundum

I. P. Non adiungitur alius. c. 1. de judic. Bald. in c. cùm speciali. de appellat. V. sup. sub dict. Iudex.

Syndicus.

I. C. Vniuersitatis nomine qui interuenit actor sine

siue Syndicus vocatur. l. 1. §. quibus autem. Quod cuiusc. vniuer. no n. l. nec ciuit. De procur. & defens. Qui verò singularis personæ causa, is procurator appellatur. l. 1. eod.

I. P. Sub nomine Procuratoris comprehenduntur illi omnes, etiam œconomi, c. in pertractandis. & c. imperatoris. de jura.calum. c. in causis. de procur. c. petitio. & c. mandato. eod. can. Saluator. 1. q. 3.

Testamentum.

I. C. Intestatus dicitur ille decessisse, qui suam vltimam voluntatem alterius arbitrio commisit. l. illa institutio. De hered. inst. vbi glos. v. pendere.

I. P. Ex benignitate Canonica contrarium obtinet. c. cum sibi. De testam. ac ibi glos. V. Iason. in l. captatoricas. C. de testam.milit.& Clar.de testam. quæst. 6. ver. quartò.

I. C. Testamentum ab eo conditum, qui in articulo mortis constitutus est, non valere, colligunt DD. circa l. hac consultissima. C. de testam. Quia testamenti factio exigit mentis integritatem. l. 2. Qui testa. fac. pos. quam mortis cogitatione perturbatam habent in eo articulo constituti. tex. d. l. hac. & in Nouell. 18. §. illud quoq; 6.

I. P. Valet. vti per Bald. & alios ad l. 1. C. de Sacrosanct. eccles. V. Gomez. 2. De testam.

I. C. Qui in potestate parentis est, testamenti faciendi ius non habet, ne quidem permittente patre. l. qui in potestate. De testam. Illud enim

ius

ius patribusfam, competit; iuxta leg. XII. tabularum. V. Inst. in pr. Quib. non est permiss. face. testam. ac ibi Interpp.

J. P. Testamentum filijfam. ad pias causas valet, maximè si pater consentiat. c. licet. §. fi. de Sepult. in 6. cum gloss. Bald. ad d. l. 1. C. & Couar. ad rubr. de testam. 3. par. 3. in fin. V. Viui. lib. 1. opin. 121.

J. C. In testamentis requiruntur septem testes rogati, in codicillis quinq; l. hac consultissima. l. si vnus. & l. fin. C. de testam. & l. 1. C. de codicill.

J. P. Videtur illa solemnitas sublata, per cap. cum esses. De testa. nec debent esse rogati, c. relatum. eod. & ibi Abb. Sufficiuntq; duo vel tres testes apud parochum in relictis ad pias causas. d. c. cum esses. & c. si clerici. de iudi. glos. c. ex literis. De const. & Bal. ad l. 1. de SS. eccles. V. Clar. de testam. q. 57.

J. P. Testamentum vsurarij, præstita ante mortem cautione, postea reconualescit. c. quamquam. & ibi Canonistæ. De vsur. in 6. Quia sufficit, quod stante voluntate superueniat habilitas.

J. C. Non sic. l. 1. §. si filius. De leg. 3. Baldus ad l. 1. C. de SS. eccles. vbi declarat, Regulam Catonianam non habere locum de iure canonico. V. Gabriel. 4. de testa. 3. concl.

Testis.

J. C. Ob crimen nemo repellitur à testimonio, nisi confes-

confefsus, vel condemnatus. l. 3. §. lex Iulia. De teſtib. l. athletas. §. calumniator. De his qui not. infa.

I. P. Repelluntur quorum crimen poteſt oſtendi, tametſi non antea judicatum. c. ſuper. eo. & c. teſtimonium. De teſtib. cogen. vbi Bald. & ad c. 1. circa fin. De except. Quia vox eorum funeſta eſt. can. infames. 6 q. 1. can. conſtituimus. 3. q. 3. Pels de proceſ. iudic. tit. 34.

I. C. Ad receptionem teſtium numquam proceditur in criminalibus, niſi lite conteſtata. l. 2. C. de requir. reis. l. 2. C. de pœn. & vtrobiq; Interpp.

I. P. Recipiuntur teſtes, tùm in crimine, tùm in electione, & reſtitutione. c. veritas. de dol. & cont. c. quoniam frequenter. §. porrò. Vt lit. non cont. c. tuæ De cler. non reſident.

I. P. Dictis teſtium publicatis, non poſſunt illi ipſi in cauſa appellationis recipi ſuper iiſdem articulis. c. fraternitatis. De teſt. Clem. teſtibus. eod. Socin. Reg. 498.

I. C. Admittit illos. l. eos. §. 1. C. de appellat. l. per hanc. C. de temp. appellat. Nouell. 90. §. quia verò Mynſinger. 1. Obſer. 41.

I. P. Publicatis atteſtationibus, poſſunt probari noui articuli per teſtes. c. ex tenore. c. veniens. De teſtib. c. cum Ioannes. De fid. inſtr. & ibi gloſ. v. poſtquam. Nam veritas examinata magis ſplendeſcit. can. graue. 35. q. 9.

I. C. Id vetat: ſicut in præcitt. locis notatur V. Marant. de judic. 6. par. 2. ſuper 6. actu. & Viui. 1. opin. 375.

Traditio.

Traditio rei alienatæ quatenus requiratur. vid.ſup. ſub. dict. Contractus.

Tranſactio.

I. C. Super omni crimine capitali pænam ſanguinis irrogante (excepto adulterio) tranſigere licet. ſed non in alijs capitalibus, excepto crimine falſi. l. tranſigere. C. de tranſact. l. 1. de bon. eor. qui ſibi mor. conc. Et ſuper priuatis criminibus, non eſt prohibita tranſactio. V. Iaſon. Bologn. & Purpur. ad d. l. tranſigere.

I. P. Ex quo in foro canonico non eſt pæna ſanguinis. c. ſententiam Sanguinis. Ne cler. vel monach. gloſ. in c. 1. De colluſ. deteg. ſuper publico crimine tranſigere non licet: nec ſuper priuato: ex quo omne crimen publicum eſt. Vt ſup. dict. Crimen.

Turpitudo.

I. C. Propriam allegare turpitudinem non licet. l. ſi creditoribus C. ſer. pig. dat. manum. l. tranſactione finitâ. C. de tranſact. l. cum profitearis. de donat. l. alios. De jureiur. V. Rimi. ad l. juſiurandum. eod. & Felin. in c. lator. De re judic.

I. P. Licet: vbi animæ periculum eſt: vt in c. lator. & in c. conſanguinei. De re jud. Glo. v. turpitudinem. in c. inter dilectos. de donat. quam ibi ſequitur Abbas. Item vbi de fauore eccleſiæ agitur. tex. in can. quod quis commiſit. 35. q. 9. & in c. ſi quis præsbyterorum. de reb. eccleſ. alien.

Turpitudo à qua verſari parte queat: ſup. ſub dict. Condictio.

Tu-

Tutor.

I. C. Monachi, & episcopi, à tutela omninò exclusi videntur; non verò hypodiaconi, diaconi, & præsbyteri. Nouell. de Sanctis. episc. §. 5.

I. P. Clerici ad tutelam admitti possunt, cogi autem non debent, præsertim ad datiuam, vel testamentariam. Ipsis enim cupiditatis negotia, non pietatis officia, interdicta sunt. c. generaliter. 16. q. 1. can. peruenit. 86. Dist. Bald. ad l. generaliter. C. de episc. & cler.

Venatio.

I. C. Omnis venatio laicis est permissa l. Venationibus. C. de excusat. muner. Est enim à iure naturæ §. planè. vbi Interpp. Inst. de rer. diuis. & l. si fundum. C. de rei vind. V. Zoannet. in l. pecudum fructu de Vsur. & Costal. ad l. 16. De Seruit. rust. præd.

I. P. Venatio saltuosa, & clamosa, quæ cum canibus, faleonibus, accipitribus, & similibus fit, clericis interdicitur: toto tit. De cler. venat. Trident. sess. 24. De refor. cap. 12. ver. venationibus, aucupijs. Etenim in scripturis non inuenimus sanctos venatores, sed benè piscatores. can. Esau. 86. dist. V. Couar. in c. peccatum par. 2. §. 8.

Vidua.

I. C. Quæ intra annum luctus nubit, notatur infamia, & punitur. l. 1. C. de secun. nupr. l. consensu. §. si verò. C. de repud. l. liberorum. §. 1. vbi Bald. de his qui not. infam. V. Soc. Reg. 272.

I P. In-

I. P. Infamia, & pæna abrogatæ sunt: per c. pen. & vlt. de secun. nupt. Et cum mortuo viro soluta sit à lege viri, potest nubere cui vult: nam matrimonia reguntur jure poli, non jure fori. can. Euphemium. in not. 2. q. 3. V. Couar. de matr. part. 2. c. 3. §. 9. & Gabriel. 3. de Secund. nupt. 5. concl.

Vsucapio.

I. C. Vsucapio tam hæredi, quàm alijs successoribus procedit, quamuis rem esse alienam intellexerint. §. diutina. I. de vsucap. ac ibi Interpp.

I. P. Non: c. fin. de præscript. Semper enim mala fides officit. Vid. sup. dict. Bone fides, & Præscriptio.

I. C. In iuribus discontinuis requiritur immemoriale tempus. L. 1. de aqu. & aqu. plu. arc. & sup. dict. Præscriptio.

I. P. Spiritualia jura, & ijs annexa xl. annorum spatio vsucapiuntur. Canonistæ. ad c. bonæ. De postulan.

Vsura.

I. C. Vsuræ sunt permissæ, & certus earum modus præscriptus: patet ex tit. D. & C. de Vsur. & Nouell. 32. cum seq.

I. P. Sunt omninò prohibitæ. tot. tit. De vsur. vbi Socin. & Boich. Quia fouet peccatum. c. quia in omnib. ibid. can. quoniam multi. 47. dist. Vnde

I. C. Fictio legis cum De in rem verso. De vsur. De

I. P. Non procedit: vt per Bald. in c. ex parte. de testib.

Vulnus.

I. C. Iste solus censetur homicida, cuius ex vulnere certum est, illum esse mortuum, qui à pluribus fuit vulneratus. l. huic scripturæ. Ad leg. Aquil. l. fin. ad leg. Cor. de Siccar.

I. P. Qui in conflictu lapides proiecit, quamuis neminem læserit, à celebratione missarum abstinere præcipitur. c. præsentium. De cler. percuss. & can. si quis post. 11. dist. & vtrobiq; gloss. Et hoc fit saltem ad cautelam, & vt clerici tales conflictus vitent.

I. C. Quando dubitatur, num vulneratus fuerit mortuus ex vulnere inflicto, qui vulnerauit, de homicidio non tenetur. d. l. huic scripturæ. §. si seruus. Ad leg. aquil.

I. P. In dubio clericus in Sacris ordinibus constitutus, sacra non ministrat: per c. ad audientiam. §. quia verò. & c. significasti. §. quod si discerni. De homicid. Quod enim securius, & certius, id semper dubijs in rebus tenendum est. dd. cc. Plaza 1. epit. delict. 12. num. 11.

FINIS.

L. D. V. Q. M.

ORDO DICTIONVM.

Poßeſ-

FINIS.